This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Hug. Prolegomena critica ad Aeneae Poliorcetici Editionem. 1874

Ga 6
229



Ga 6.229

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

RECTOR

VNIVERSITATIS LITTERARVM TVRICENSIS

COMMILITONIBVS

IOANNIS CASPARIS ORELLI

MORTVI ANTE HOS XXV ANNOS

MEMORIAM PIE CELEBRANDAM

ET CERTAMIMA ERVDITIONIS SVSCIPIENDA

IN ANNOS MDCCCLXXIV—LXXV

INDICIT.

INSVNT

ARNOLDI HVG PROLEGOMENA CRITICA

AD AENEAE POLIORCETICI EDITIONEM.

TVRICI

TYPIS ZÜRCHERI ET FÜRRERI

1874.

9a 6.229

HARVARD COLLEGE
Aug 30.1921
LIBRARY

F.H. Jobes

Die XXIX. m. Aprilis anni superioris cum oratione sua sollemni Georgius de Wyss, vir amplissimus qui tunc Vniversitati præerat nobis in memoriam reduceret quadragenarium annorum numerum iam explesse Vniversitatem nostram, cui Vestrum, Conlegæ amplissimi Commilitones ornatissimi, non in mentem uenit IOANNIS CASPARIS ORELLI, quem omnes sciunt condendæ Vniuersitatis Turicensis in primis suasorem et impulsorem, in obtinenda et conseruanda Academiæ nostræ in litterarum republica dignitate aliorum inlustrium uirorum socium atque adiutorem fuisse? Iam uero postquam ad pie recolendam ORELLII memoriam, qui ante hos quinque et uiginti annos reipublicæ Turicensi uniuersitati litteris ereptus est, conuocati sumus a septemuiris scholis Turicensibus regundis, posteaquam ab Henrico Schweizer-Sidler conlega amplissimo mihique coniunctissimo, cui ipsi cum adulescens esset saluberrima Orellii licuisset institutione frui, Vobis præclara oratione expositum est, quanta et qualia illius uiri merita fuissent et de litteris et de Turicensi republica, non possum quin in hac academica scriptiuncula commemorem, quam læto quamque pleno bonæ spei animo primo huius uniuersitatis programmate die XXIX. Aprilis m. anni MDCCCXXXIII Orellius et iuuentuti litterarum studiosæ nouam Academiam Turici Heluetiorum aperiundam indixerit et epistulam ad Germaniæ Academias dederit nuntiam fausti illius Senatus Populique Turicensis decreti. Vbi cum dixisset Senatum Populumque Turicensem decreuisse die XXVIII mensis Septembris anni MDCCCXXXII „ut iustam Academiarum Germanicarum formam nostra referret eisdemque prorsus atque illæ institutis iuribusque uteretur," idem hac quoque in re solitum academiarum morem sequi nostram universitatem uoluit, ut certis quidusdam temporibus publice ab ea academici libelli ederentur et cum ceteris communicarentur uniuersitatibus; qua libellorum permutatione significari communionem illam quæ inter academias omnino

esse deberet: „Nunquam enim," inquit, „obliti sumus Germaniam et Helvetiam originibus, sermone, moribus eodem præsertim bonarum artium studio tam arcte coniunctas, ut in litterarum certe historia diuelli nequeant!" Cum autem munus academicos libellos scribendi litterarum antiquarum professori Turici quoque delatum esset ex antiquo more ab illa ætate repetito, qua philologiæ studia uel ut dicebantur humanitatis uel eloquentiæ ἐγκυκλίου παιδείας instar ceteras disciplinas in se quasi quodammodo continuerant atque ex sese genererarant, Orellius et lubentissime id suscepit et susceptum diligentissime expleuit inde ab anno MDCCCXXXIII usque ad annum MDCCCXLVII. Orellianorum autem programmatum amplum uolumen — neque enim minus sunt uiginti quattuor, quia tum temporis lectionum indicibus præmittebantur — si mecum euolueris, duæ res tibi statim erunt conspicuæ: primum Orellium aliquotiens fines latinarum et græcarum litterarum excessisse atque medii æui latinitati etiam operam nauasse uel Italicis litteris, quarum tam erat ex iuuenilibus annis et peritus et amans ut interdum uel academicis scholis Dantii Ariostique carmina sese interpretaturum polliceretur. Eandem igitur in his libellis deprehendes studiorum atque doctrinæ uarietatem et copiam, eandem etiam mentis libertatem qua nunquam a nouis rebus quia nouæ essent abhorreret, nihil denique humani, modo esset humanum, a se alienum putaret, eandem dico ingenii alacritatem et agilitatem, quam in Orellio et homine et ciue et præceptore admirabilem fuisse, quicunque eum nouerant, consentiunt.

Alterum uero hoc est et priori illi quodammodo contrarium: substitisse fere Orellium et in his libellis et in ceteris quæ publici iuris faceret, in edendis emendandis explicandis scriptis cuiusvis generis, raro autem nisi in nonnullis quæ ad philologiæ historiam, cuius erat diligentissimus inuestigator, pertinerent, ut in præclara historia critica Plinii et Traiani epistularum quae indici praemissa est lectionum hibernarum anni MDCCCXXXVIII, item in historia critica epistularum Ciceronis volumini alterius Tullii editionis inserta, eo esse progressum ut longiore oratione certam quandam rem exponeret uel argumentis accurate dispositis aliquid sibi

proponeret demonstrandum. Eundem etiam se præbuisse in academicis scholis mihi sæpe narratum est ab discipulis et auditoribus eius: ubicunque enim fieri posset, rediisse eum ad ipsos scriptores legendos uertendos interpretandos. In academicis libellis ipsis specimina dare solebat eius operæ, quam perpetua uita conlocabat in nouis criticis edendorum scriptorum subsidiis inprimis Ciceronis et Taciti suorum colligendis, qua in re ab Ioanne Georgio Baiter doctissimo et sagacissimo horum studiorum socio adiuuabatur, uel etiam in nouis explicationis fontibus indagandis uelut in Analectis Horatianis annorum MDCCCXXXVIII et MDCCCXLVI. Quæ opera cum uel ab ipso uel ab aliis postea perficeretur et absolueretur, factum est, ut hæc editionum specimina haud ita multo postquam edita erant, cum incohatæ potius rei quam absolutæ speciem præ se ferrent, celerius quam par erat fierent obsoletæ; quod contra in eis rarioribus quidem commentationibus, quibus coniecturas suas ad alios ab ipso non edendos scriptores cum doctis communicauit, ut in Polybianis Theophrasteis Petronianis lectionibus sat multa sunt, quæ ne hodie quidem sint spernenda.

Iam si pauca excipias uides Orellii philologam diligentiam cum in arte interpretandi tum præcipue in arte critica esse versatam; uides eum inprimis studio edendorum scriptorum flagrasse; quo pertinet quodammodo etiam inscriptionum Romanarum delectus, quo quanto opere antiquitatis studia adiuta sint nemo est qui nesciat. Fuerint sane alii in editionibus curandis in emendandis scriptis accuratiores constantiores fortasse etiam circumspectiores: quotus quisque eorum qui eum reprehenderent, superabat eum non solum humanitatis inprimis antiquæ amore, sed etiam lectionis studiorumque uarietate et ubertate, nouarum denique rationum, quibus philologia promoueretur et augeretur, inueniendarum facilitate et sollertia? Sæpius mihi unici illius inter nos Turicenses uiri indolem qualis in scriptis eius adparet mihique ab aliis describitur perpensanti eadem cogitatio quæ Henrico Schweizer-Sidler in mentem uenit, remansisse in Orelliorum gente, quæ reformatæ fidei ætate nouæ doctrinæ addicta Turicum perfugerat ex Italicis regionibus, remansisse aliquid Italici sanguinis, Italici ingenii, reuixisse

autem illud in Ioanne Caspare nostro. Utut hoc est si cum reliquis eum compares philologis, uix inuenies quorum fuerit similior quam Italicos illos doctores, quos humanistas uocare solemus, qui nulla alia magis cupiditate florerent quam nouos libros manu scriptos inueniendi, perditorum scriptorum uestigia detegendi, scripta iam nota sordibus lectionis ab insciis librariis deprauatae purgandi.

Quod autem eis qui academicos libellos scribendi munus habent, accidere solet, ut conlegæ qui non sunt philologi aut aperte querantur aut clam mussitent, ut ipsius Orellii utar uerbis „non nimiam sese uoluptatem capere ex solitis scriptiunculis academicis, quippe quæ in litterarum apicibus corrigendis uerbisque transponendis, delendis aliis, aliis addendis plerumque uersarentur," id etiam ei accidisse et per se est ueri simile et factum esse ipse lepide confessus est in symbolis nonnullis ad historiam philologiæ, quas indici lectionum hibernarum annorum MDCCCXXXIV/V præmiserat. „Ego," inquit, „etsi meo iure morem illum defendere poteram, ludicro hoc conuicio prouocatus aliquando tamen, respondi, vobis amici candidissimi et liberrimi præbebo quæ uos omnium ordinum professores uel ipsi sacrorum interpretes atque antistites usque ad finem libelli perlegatis, et quod maius est, etiam aquas Helueticas feriarum tempore profecturi uobiscum deportetis." Quomodo autem quod promiserat præstitit? Ex philologiæ historia postquam priore parte nonnulla narrauit quæ nescio num alii legerint præter philologos, subiecit duas Poggii epistulas quarum altera Hieronymi Pragensis postremos uitæ dies ac supplicium sub oculos subicit, altera amœnam illam ac paene dixerim lasciuam Aquarum Helueticarum descriptionem exhibet quae incipit uerbis his: „Oppidum est deinde Baden situ opulentum, quod et balneum Alamannorum lingua, situm in conualle." Lepide autem et callide has epistulas in fine posuerat Orellius, quippe qua re si non ab initio, at usque ad finem conlegae libellum legere cogerentur.

Mihi uero quamquam neque in animo est in his libellis in futurum intra fines artis illius, in qua agitur de emendandis scriptorum antiquorum uerbis me continere neque adhuc me eis prorsus continui, casu accidit ut hoc anno rursus in illud

genus inciderem. Lecturos igitur non ignoro hanc esse commentationem non nisi philologos, legant modo hi contentus equidem, idem gnarus, si ex rerum mathematicarum uel naturalium cognitione libelli academici haurirentur nos philologos historicosque quamuis uelimus vix ad finem in legendo esse peruenturos.

Lectori autem beniuolo hoc loco Prolegomena critica propono, quibus ratio a me reddatur nouæ Aeneae Tactici recensionis, quæ a Teubnero honestissimo Lipsiensi bibliopola mihi demandata est: quæ prolegomena in talem occasionem ideo reseruaui, quod in Teubneriana bibliotheca uix locus esse uideretur iustae et accuratae præfationi, qua audaciae temeritatisque crimen quod facile quis obiciat mihi, si obiter editionem meam inspexerit, statim depellam.

Vix enim puto quemquam esse scriptorum græcorum, cuius oratio paucis illis editionibus quibus diuulgata est tam graues mutationes sit passa quam Aeneae qui æqualis erat Xenophontis etPlatonis commentarius poliorceticus. De quo postquam optime meruerunt Isaacus Casaubonus, Iacobus Gronouius priori tempore, sæculo autem nostro Ioannes Conradus Orelli editione sua quae Lipsiae prodiit anno MDCCCXVIII, adiutus ille insigni opera patruelis sui, ipsius Casparis nostri Orellii, cuius nonnullæ palmares coniecturae ab omnibus editoribus sunt receptæ, item etiam Arminius Koechly præceptor meus carissimus et in hac uniuersitate Orellii successor dignissimus ea editione, quæ agmen ducit militarium scriptorum græcorum ab ipso et Ruestowio editorum, cum emendationibus permultis tum rerum explicatione, in qua Casaubonus et Kœchlyus Ruestowiusque in primis sunt nominandi, ante hos denique quattuor annos Rudolfus Hercher maiori et minori editionibus suis in emendandi potissimum studium incumbens nouam prorsus uiam ingressus est, ut post Casaubonum, qui Aeneam ex tenebris protraxit, iure dicatur alter Aeneae sospitator. Is enim primus Aeneanæ orationi ita auxilium ferebat, ut eam multis aut turpi dicendi genere aut sententiarum stultitia insignibus additamentis liberaret, quæ recte existimaret abhorrere et a quarti sæculi ante Christum natum consuetudine et a reliqui sermonis Aeneae puritate ac simplicitate et a bona qua fruebatur apud artis militaris intelligentes Græcos et apud historicos qualis Polybius erat existimatione. Veram autem hanc Hercheri rationem fuisse etiam inde adparet, quod in eius editione Aeneae lectio multo et expeditior et iucundior quam ante facta est: nec crediderim, quamuis magna sit apud quosdam philologos librorum manuscriptorum adoratio, ullum fore hominem doctum qui maiorem eorum partem, quæ Hercherus in marginem abiecit, inde audeat in orationem reuocare.

Adsensum etiam tulit Hermanni Sauppii qui in Götting. gel. Anzeigen MDCCCLXXI p. 734 Hercheri opinioni ac rationi adstipulari sese diceret atque etiam ubi a uero aberrasse uideretur uir ille doctus, sæpe uiam eum ueri inueniendi muniuisse agnosceret.

In eandem sententiam ego quoque quamuis initio hæsitarem abii; abii autem ita ut permultis locis multo etiam longius progrediendum esse perspicerem. Quodsi accuratius etiam rebus ipsis inspectis, quam factum est ab Herchero, ab eo ita discessi, ut et plures et grauiores diuersorum temporum interpolationes in orationem Aeneae, qualem Mediceus praebet, insertas esse statuerem, id nec feci nouorum inuentorum cupiditate adductus et grato in eum animo, qui uiam mihi munierat; sed haud sine uoluptate, ex quo de ratione mihi constitit, id fecisse me confiteor sperans fore, ut Aeneae simplicis quidem sed boni bonæ ætatis scriptoris imago mea quoque editione in clariore ponatur luce. Sequebatur autem necessario, ut compluribus locis, quos pro interpolatis haberem, abstinendum esse statuerem contra Hercherum ab emendandi conaminibus quippe quibus, quæ qui scripsit uoluisset, obscurarentur: etsi concedo multis locis interpolationes ipsas item librariorum sordibus uel etiam aliis interpolationibus esse obrutas et deformatas. Sic, ut uno defungar exemplo, uis inlata mihi esse uidetur ab Herchero uerbis, quæ sub finem libri extant. Cum enim scriptum esset XL 6: *ἐὰν δὲ θέλῃς τοὺς* (*τοὺς* add. H.) *ἐπὶ τῷ τείχει περιόδους πλείους φαίνεσθαι, χρὴ περιέναι ἐπὶ δύο, ἔχοντας τὰ δόρατα τὸν μὲν ἕνα στίχον ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τὸν δὲ ἕτερον ἐπὶ τῷ δεξιῷ· καὶ οὕτω φανοῦνται εἰς τέσσαρας*, quæ hac delineatione illustrare liceat, in qua circulo miles, lineā hasta significetur:



hoc igitur postquam consilium datum est, sequuntur in codice hæc: § 7: *ἐὰν δὲ ἐπὶ τριῶν* (*ἐπὶ τριῶν* Hertlinus: *τρία* Mediceus) *περιίωσι, τὸν μὲν πρῶτον ἄνδρα ἐπὶ τῷ δεξιῷ ὤμῳ ἔχειν τὸ δόρυ, τὸν δὲ ἕτερον ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ ταὐτά· καὶ οὕτω φανοῦνται εἷς δύο* (Jul. Africanus: *εἰς δύο.*)

Horum autem uerborum loco omissis illis a grammatica resputis: *καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ ταὐτὰ* Hercherus haec partim scripsit partim scribenda proposuit:

ἐὰν δὲ ἐπὶ τριῶν περιίωσι, τὸν μὲν πρῶτον (sc. *στίχον*) *ἐπὶ τῷ δεξιῷ ὤμῳ ἔχειν τὸ δόρυ, τὸν δὲ ἕτερον ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ, τὸν δὲ τρίτον ἐπὶ τῷ δεξιῷ· καὶ οὕτω φανοῦνται εἰς ἕξ.* Quibus coniecturis obstant satis multa: primum temeritas mutationum, deinde cum prorsus eadem ratio suadeatur atque supra, totius enuntiati inutilitas; mirum porro postquam in priore enuntiato simpliter iussi sunt *περιιέναι ἐπὶ δύο* nunc hypothetice dici *ἐὰν δὲ ἐπὶ τριῶν περιίωσι*, quasi necessitas quædam ne *ἐπὶ δύο* incedant prohibere possit. Quibus omnibus denique accedit quod Hercherus ipse sentit dicens »ceterum haud scio an ad suum arbitrium binorum ordinum principem in sinistro humero hastas gerere uoluerit, ternorum in dextro, ego certe huius rei iustam causam desidero.« Quid uero, si uerba § 7, qualia extant in codice modo per se spectentur et lacunosa esse concedas iustam efficiunt sententiam? Verum enim est quod ille dicit quisquis fuit, si tres sint, eorumque qui sinister est (*τὸν μὲν πρῶτον ἄνδρα*) dextro humero hastam gerat, medius sinistro, tertius uero item, (id quod errore facile poterat omitti): tum tres illos uideri posse e longinquo duos esse ideo, quod primi et alterius hastae tam sunt propinquæ ut possint pro una haberi.

Solitus incedendi mos



incessus ab interpolatore propositus



Ergo *φανοῦνται* (*οἱ τρεῖς*) *εἰς δύο*. Cui lectioni si Casaubonus iam obiecit »sed non agit hic Aeneas de minuenda specie circumeuntium«, uerissime is quidem, sed interpolator alicuius referebat, ut postquam Aeneas quomodo uero plures uideri possent esse circitores speciose exposuerat, aeque callidum consilium de suo excogitaret, quo efficeretur contrarium, idque satis inepte adderet Aeneæ uerbis. Confer uerba barbare loquentis hominis quæ recte ab Aenea abiudicauit Hercherus II 8 in fine: *ὡς δ' αὕτως καὶ κατὰ τῶν ἄλλων πάντων θελημάτων χρὴ τὰ ἐνόντα ὑπεναντία τοῦ προγεγραμμένου ὑπονοεῖν*; homine autem balbutiente potius quam græce loquente profecto non indignum habebimus solœcismum qui inest in uerbis *καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ ταὐτά*. Vtcumque uero statuas de his uerbis interpolationi deberi hoc totum enuntiatum paragraphi septimae effecisse mihi uideor.

I

Ordiamur igitur ab eis exemplis, cuius generis unum modo protuli, in quibus noua militaria praecepta ab Aenea ipso adlatis alii de suo addidisse mihi uideantur. Talia Sauppio quoque obuersata esse uidentur cum scriberet p. 732 l. l.: »dass — doch die eigentliche Verunstaltung und Zersetzung dessen was Aeneas geschrieben hatte, in sehr frühe Zeit gehœrt, und, fast sollte man meinen, in Schulvorträgen uor sich gegangen ist.« Et profecto in posteriori inprimis parte libri conamina esse complura uidentur artis bellicae quam simplicem tradiderit Aeneas nouis interim inuentis ornandae et augendae: a quibus tamen nunc manum abstineo cum incerta sit plerumque horum exemplorum ab Aeneae exemplis separatio. Vnum tamen certissimum huius generis non possum silentio præterire: XXXII 8 *πρὸς δὲ τὰ μεγάλα μηχανήματα, ἐφ' ὧν σώματά τε πολλὰ προσάγεται καὶ βέλη ἐξ αὐτῶν ἀφίεται ἄλλα τε καὶ καταπέλται καὶ σφενδόναι* et q. seqq. usque ad § 10: *βλάπτῃ καὶ τιτρώσκῃ*. Quæ uerba de turribus ambulatoriis intelligenda esse uiderunt et Casaubonus et Kœchlyus Ruestowiusque: quas tamen machinas constat non ante Macedonicam ætatem, qua anterior fuit Aeneas, in Græcia ipsa esse adhibitas, cf. Ruestowius Kœchlyusque Geschichte des gr. Kriegswesens p. 207. Qui uiri docti cum dicunt: »Wir wissen nicht, ob sie schon wæhrend unserer Periode im eigentlichen Griechenland angewendet worden sind; theoretisch bekannt waren sie,« hoc de quo agitur loco hæc posteriora ut adderent permoti sunt. Sed iniuria; nam si turres ambulatoriae, quarum tanta uis erat in oppugnationibus, Aeneae iam notae fuissent, consentaneum est eum multo longius et accuratius his quomodo occurreretur fuisse expositurum. Nusquam autem toto Aenea nisi hoc loco earum ulla mentio. Idem cadit in tormenta (*καταπέλται*), cf. Ruestowius p. 208; ne hæc quidem alibi usquam commemorantur. Addita sunt igitur hæc omnia recentiori ætate ab homine aliquo, qui perfectiores illas machinas nollet prorsus taceri. Quam suspicionem ex rebus ipsis haustam confirmari uidebis si mecum et quae antecedunt et quae sequuntur accurate examinaueris. Aeneas cum § 1—3 demonstrasset quomodo esset defendendum ab eis hostium machinis quae supra muros attolluntur, *τὰ ὑπεραιρόμενα*, e. gr. turribus hostium alias in muro esse ex aduerso erigendas, transiit inde a § 4 ad *τὰ εἰς τὰ τείχη εἰςπίπτοντα μηχανήματα* (quae nos dicimus »Breschmaschinen«) inter quae commemorat terebram (*τρύπανον* § 5—6), deinde arietem (7), tertio denique loco testudinem (§ 11). Inter autem arietem et testudinem uides nunc inepte

insertam esse § 8—10 turrium ambulatoriarum mentionem, quæ si omnino ab Aenea tractatae essent, addendae erant priori parti, nam et ipsae adnumerandae sunt τοῖς ὑπεραιρομένοις. His autem quas dixi paragraphis eiectis optime inter se respondent: § 7: ᾗ ἂν κριὸς προσάγηται τῷ τείχει (ut eximie hunc locum Hercherus emendauit) et § 11: ᾗ δὲ ἂν τοῦ τείχους χελώνη προσαχθεῖσα δύνηται, quæ enuntiatorum æquabilitas prorsus obscurata est interpositis illis quae expungenda esse significaui. Cum autem is qui hæc adderet recte commemorasset turres ambulatorias refertas esse tormentis et sagittariis, necesse ei erat item ut fecerat Aeneas iam § 2 etiam ostendere, quomodo sagittae atque tela ex machinis illis emissa inhiberentur, in qua re Aeneam simplicissima ratione usus exscripsit: cf. § 8: ἔπειτα ἔσωθεν ἀνταίρειν ἐκ φορμῶν πληρουμένων ἄμμου ἢ ἐκ λίθων τῶν ὑπαρχόντων ἔρυμα cum § 2: ἀνταίρεσθαι δὲ (δὲ ego addidi) πύργους ξυλίνους ἢ ἄλλα ὕψη ἐκ φορμῶν πληρουμένων ἄμμου ἢ ἐκ λίθων ἢ ἐκ πλίνθων.

Hæc igitur et alia quædam si respexeris, facile ad eam sententiam quam Sauppius subindicauit adducaris, ut ex militaribus scholis nescio quibus hæc additamenta profluxisse statuas. Verum enimuero si maiorem numerum exemplorum quae tibi propositurus sum mecum examinaueris, inuenies multo maiorem partem rhetoribus, librariis, fortasse etiam rerum historicarum et bellicarum quodammodo curiosis hominibus esse attribuendam, eisque rerum militarium sæpe aut non satis gnaris aut prorsus imperitis: tam sunt pleraque aut inutilia aut inepta, ut credere non possim homines reuera bellicæ disciplinæ studiosos consulto hunc librum ad recentioris ætatis usum emendasse et auxisse, quamvis concedam nonnullis locis id esse temptatum.

Omnium autem interpolationum et longissimam et grauissimam deprehendere mihi uideor in XVI, 1—13, 19—22. In principio scriptum est hoc: Ὁ δ' οὖν ἄλλος τρόπος βοηθείας βελτίων ἂν εἴη ἐπὶ τοὺς ἐμβεβληκότας quorum loco tale quid expectari dicit Hercherus: εἴη δ' ἂν ἄλλος τρόπος βοηθείας ἐπὶ τοὺς ἐμβ. τοιόσδε. Sed si ὁ δὲ uerba in ὅδε (ὅδ') pronomen mutaueris, quod miror neminem adhuc proposuisse, absolutam huius enuntiati emendationem esse contendo, modo ne putes ab Aenea ipso scriptum esse, sed ab aliquo homine, qui eis quae Aeneas præceperat meliora substituere uellet. Quamquam Aeneas haud raro complura de eadem re præcepta inter se comparans, quod potissimum habeat, ἄριστον uoce addita significat uelut XX 3, XXII 14, XXVI 10, XXVII 3, XXXII 7, II 1 alibi. Similiter duas rationes comparatiuo usus distinxit: XXXI 20: εὐχερέστερον (Hercherus, εὐπρεπέστερον codex) δ' ἂν τούτου ὧδε γίγνοιτο [1]).

[1]) Sic ego scripsi pro corrupto τοῦτο. Hercheri coniecturam ταύτῃ non probauerim, cum nec ταύτῃ nec ipsum οὗτος pronomen in Aenea referatur ad ea quae sequuntur.

Sed meliorem esse hanc quae capite XVI. docetur *βοηθείας* rationem ea, quae exposita erat capite XV., ideo negandum est, quod hoc de quo agimus caput ex parte quidem uerbosam et rhetoricis ambagibus refertam repetitionem eorum continet quæ iam erant ab Aenea simplici et sobrio loquendi genere proposita. Conferas e. gr. utriusque initia:

XV 2.	XVI 2, 3.
τὸν δὲ στρατηγὸν τοὺς παρόντας εὐθὺς συντάττειν, ἵνα μὴ σποράδην καὶ κατ' ὀλίγους ἐξιόντες ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἀπολλύωνται δι' ἀταξίαν καὶ κόπον ἄκαιρον ἐνεδρευόμενοί τε ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ κακὰ πάσχοντες· ἀλλὰ χρὴ τοὺς παραγιγνομένους ἐπὶ τὰς πύλας ἀθροίζεσθαι μέχρι τινὸς πλήθους, ὡς λόχου ἢ διλοχίας, εἶτα συνταχθέντας et q. seqq.	*πρῶτον μὲν οὖν οὐ χρὴ εὐθὺς βοηθεῖν, εἰδότα ὅτι ἀτακτότατοι ἂν [καὶ ἀπαράσκευοι πρὸ τῆς ἕω*: eiecit Hercherus] *εἶεν οἱ ἄνθρωποι, τῶν μὲν ἐπειγομένων τὰ οἰκεῖα σώζειν ὡς τάχιστα ἐκ τῶν ἀγρῶν ἑτέρων δὲ πεφοβημένων εἰς τοὺς κινδύνους προιέναι, οἷα εἰκὸς προσφάτως ἠγγελμένων, ἄλλων δὲ πάμπαν ἀπαρασκεύων ὄντων· χρὴ οὖν τὴν μὲν βοήθειαν εὐτρεπίζειν ἀθροίζοντα ὅτι τάχος, ἅμα τῶν μὲν τὸ δεῖμα ἀφαιροῦντα, τοῖς δὲ θάρσος ἐμποιοῦντα, τοὺς δὲ ὁπλίζοντα.*

Cum enim Aeneas cauendum esse dixisset, ne subitae hostium incursionis nuntio adlato sua sponte in agros singuli discurrerent ad sua quisque defendenda, atque ob eam rem imperatori statim copias ad portam esse conuocandas, ut idoneo duce iusto agmine hostibus occurreretur — homo ille qui maiorem partem XVI capitis scripsit, hæc sobrie et simpliciter dicta ita conturbauit, ut dissensionis simulatione pro Aeneanis *εὐθὺς συντάττειν* substitueret: *οὐκ εὐθὺς βοηθεῖν*. Quamquam diligentius inspicienti plane idem dixit atque ille: non debere singulos auxiliari sed conuocare copias imperatorem; quod et ipse postea: *τὴν μὲν οὖν βοήθειαν εὐτρεπίζειν ἀθροίζοντα ὅτι τάχος*. Cur autem id ita fieri deberet, apud utrumque item expositum uides XV: *ἵνα μὴ σποράδην καὶ κατ' ὀλίγους ἐξιόντες ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἀπολλύωνται δι' ἀταξίαν καὶ κόπον ἄκαιρον* et XVI: *ἀτακτότατοι ἂν εἶεν οἱ ἄνθρωποι, τῶν μὲν ἐπειγομένων τὰ οἰκεῖα σώζειν ὡς τάχιστα ἐκ τῶν ἀγρῶν*; quibus de suo quae addidit *ἑτέρων δὲ πεφοβημένων εἰς τοὺς κινδύνους προϊέναι — ἄλλων δὲ πάμπαν ἀπαρασκεύων ὄντων* hæc rhetorem olent qui distinguendi cupidus sit etiam ubi distinctioni locus

sit nullus. Nil deinde ineptius illa quae sequitur diuisione: *τῶν μὲν τὸ δεῖμα ἀφαιροῦντα, τοῖς δὲ θάρσος ἐμποιοῦντα, τοὺς δὲ ὁπλίζοντα.* Quasi alii essent quibus terrorem adimit imperator, alii, quorum animos ille confirmat.

Quae sequuntur XVI 3—10, in eis ad nauseam repetitum inuenies idem expectandi et morandi præceptum, quo quam maxime delectatus esse uidetur tamquam suo inuento alter ille Maximus Cunctator. § 5: *μὴ εὐθὺς αὐτοῖς προσκείμενον ἐνοχλεῖν ἀλλ' ἐᾶσαι αὐτοὺς πρότερον θαρρῆσαι* et q. seqq., § 7: *ἐσπαρμένων ἤδη τῶν πολεμίων πρὸς ἁρπαγήν, οὕτω χρὴ αὐτοῖς προσκεῖσθαι*; § 9: *ὀξέως δ' ἂν βοηθήσας*; § 10: *πολὺ δὲ κρεῖσσον* etc. Easdem autem paragraphos plenas esse uides antitheseon mere rhetoricarum, a quibus Aeneas abhorret, uide § 4, 8, 9. Qua diuisionum aviditate eo etiam adductus est interpolator ut et inepte § 11 *ἄλλο δὲ πλῆθος μετὰ ἀξιόχρεω δυνάμεως* commemoraret, in quibus uerbis iure meritoque Hercherushæsit, et § 7 nouum electorum militum genus ab Aenea in *βοηθείαις* distinctis adderet. Conferas si placet

Aeneas XV 4 et 5.	interpolator XVI 7.
4. *ἔπειτα ἄλλο καὶ ἄλλο πλῆθος τούτοις ἐπιπέμπειν*[1]*), ἵνα καὶ ἐν τῇ πορείᾳ ἐχόμενα ᾖ τὰ μέρη καὶ ..... 5. πρὸ δὲ αὐτῶν δεῖ πρώτους τοὺς ὑπάρχοντας ἱππέας καὶ κούφους ἐξιέναι, μηδὲ τούτους **, ἀλλὰ προεξερευνῶντάς τε καὶ προκαταλαμβάνοντας τὰ ὑψηλὰ τῶν χωρίων, ἵν' ὡς ἐκ πλείστου προειδῶσιν οἱ ὁπλῖται τὰ τῶν πολεμίων, καὶ μηδὲν ἐξαίφνης αὐτοῖς προσπέσῃ.*	*οὕτω χρὴ αὐτοῖς προσκεῖσθαι τοῖς μὲν ἱππεῦσι προκαταλαμβάνουντα τὰς ἀποχωρήσεις, τοῖς δ' ἐπιλέκτοις ἐνέδρας ποιούμενον, τοῖς δ' ἄλλοις κούφοις ἐπιφαινόμενον αὐτοῖς, τοὺς δ' ὁπλίτας ἐν τάξει ἄγοντα, μὴ πόρρω δὲ τῶν προπεμφθέντων μερῶν.*

Ceterum si inprimis id suadet Aeneas, ut caueant oppidani hostium insidias (uide XV 5 fin., 7 et exemplum 8 et 9), id ipsum monet etiam interpolator XVI 4 fin., sed multo uehementius etiam idem hortatur, ut ipsi urbis defensores hostes præda et cibis refertos ex improuiso adoriantur XVI 5, 6, 8, 12. Idem augendi in maius studium deprehenditur etiam in eo, quod ciues urbis iubentur uel in fines hostium transire insidiarum causa XVI 11 et 12.

Iam cum inde a § 14 usque ad 18 Aeneanae rursus orationis simplicitate delectatus sis, ecce iterum tibi occurrit uerbosus ille homo qui uerbis

[1]) Sic scripsi; cf. quae infra dixi pag. 40.

Aeneae his § 18: *καταλαβεῖν ἐγγὺς τῆς πόλεως χωρία σύμμαχά τε πρὸς τὸ μάχεσθαι πλεονεκτικῶς καὶ εὐαπαλλάκτως ἔχοντα, ὅταν βούλῃ ἀπιέναι πρὸς τὴν πόλιν, καὶ οὕτως ἄρχειν τῆς μάχης ἐκ τῶν χωρίων τούτων ὁρμώμενον* hæc adglutinauit § 19: *τὰς δ' ἐπιθέσεις αὐτοῖς ποιεῖσθαι ἀεὶ πλεονεκτοῦντα τῆς χώρας τῇ συνηθείᾳ, πολὺ γὰρ προέξεις προειδὼς τὰ χωρία καὶ προάγων εἰς τόπους οἵους ἂν σὺ βούλῃ, σοὶ μὲν γνωστοὺς καὶ ἐπιτηδείους καὶ φυλάξασθαι καὶ διῶξαι καὶ φυγεῖν καὶ ἀπιέναι εἰς τὴν πόλιν λαθραίως καὶ φανερῶς* [*ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐπιτήδεια προειδότα ὅπου ἂν τῆς χώρας ὑπάρχῃ ὑμῖν*: eiecit Herch.], *τοῖς δὲ πολεμίοις ἀσυνήθεις καὶ ἀγνῶτας καὶ λελειμμένους πάντων τούτων, εἰδόσιν* (*εἰδότα* cod.; *εἰδέναι γὰρ* Hercher., *εἰδόσιν* ego) *ὅτι ἄπειρον ὄντα* et q. seqq. Eadem garrulitas etiam in reliquis huius capitis paragraphis, ita ut § 21 rursus redeat oratio ad § 13.

Reliquum est ut ostendam horum quae dixi interpolatoris esse, XVI 1—13; 19—22 etiam alia esse quaedam propria præter rerum inanitatem et uerborum copiam. Multo enim et sæpius et liberius quam Aeneas scriptor ille altera persona usus est. Nam cum in tanta præceptorum multitudine unaquaque in pagina accidere posset ut oratio apte ad secundam personam conuerteretur, id nunquam factum est in capp. I—VIII; nunquam in capp. X—XV, nunquam in capp. XVII usque ad XXX; inde ab hoc capite fieri solet in formula tritissima condicionali XXXI 3 *ἅπερ ἂν βούλῃ*, XXXI 10 *ὅ τι ἂν βούλῃ*, XXXVIII 8 *ἂν ἄλλα τινὰ βούλησθε* (?), XXXI, 18: *ὅταν τινὰ θέλῃς*, ibidem: *ἐὰν θέλῃς*, XXXIX 3: *ἐὰν—βούλῃ*, XXXIX 4: *ὅταν—βούλῃ*, XL 1: *ἂν δὲ—θέλῃς*, XL 6: *ἐὰν δὲ θέλῃς*. Similia sunt XXXVII 9: *ὅποι ἂν βούλῃ*, XXXVI 1: *ἐὰν μὴ — δύνῃ*, XXXVII 2: *ἐὰν δέ σοι ὑπάρχῃ*. Quamquam haud sum nescius in capite XXXI compluribus locis librarios alteram personam introducere cœpisse, ita tamen ut uerae lectionis plurima uestigia in codice relinquèrentur, quae Hercherus deserere non debebat. Inuito enim Aenea factum esse arbitror ut XXVII 14 *αὐτὸν δὲ θορυβεῖν* quod in codice legitur mutaretur in *αὐτὸς δὲ θορυβήσεις*; cf. XXXV *αὐτὸν δὲ πῦρ σκευάζειν*. XXXI 3: *γράμματα δὲ ὅτι ἐμφανῆ ὥσπερ ἐν βούλλῃ* malim in *δι' ὧν ἐμφανῆ ἔσται ἅπερ ἂν βούλῃ* mutare quam cum Kirchhoffio in futurum *ἐμφανιεῖς*. Item XXXI 10 et 11 Kœchlyum sequi malim quam Hercherum, ita ut scribam *ξηρᾶναι — γράψαι — ἐξελεῖν — ἐνθεῖναι*, qui infinitiui omnes in Mediceo extant; quod si feceris, *φυσήσας* et *ἀποδήσας* tantum participia in accusatiuum transformanda erunt qualem accusatiuum *συμπιέσαντα* in sequentibus codex ipse seruauit. In eiusdem capitis § 12 in codice legitur *φυσήσας*, sed in eodem *ἐμπλήσαντα — περιτεμεῖν — προσαρ-*

μόσαι — βύσαντα — κομίζειν ut, si Hercheri rationem sequaris qui futurum indicatiui ubique posuit, quinque locis tibi sit medela adhibenda, sin nostram, uno. Quare non plane uerum esse puto, quod Hercherus adnotauit ex codicum uestigiis dinosci non posse utrum recta an obliqua oratio ab Aenea profecta sit. Sine causa etiam § 15 pro *γράφοιτο ἄν* Hercherus *γράφοις ἄν* scripsit, conferas parile exemplum § 7: *εἰσενεχθείη ἄν*. Quod codex habet XXXIII 4: *ταφρεύσῃ* Hertlinusque in *ταφρεύσῃς* mutauit, poterat etiam *ταφρευθῇ* scribi, uide XXVII 15 *πρὶν ἂν ἐμφανισθῇ*, XXVIII 4 ubi ipse Hercherus Casparem Orellium secutus est *ἐξερευνήσῃ* in *ἐξερευνηθῇ* mutantem. De imperatiui secunda persona quam adhibitam uides in celeberrimo illo exemplo XXXI 18 rem in dubio relinquam præsertim cum quod iam dixi cœperit aliquis in hoc capite obliquam orationem in rectam mutare. Quamquam ne hic quidem obliquae orationis uestigia desunt, uide Medicei lectionem (p. 93, 1 Herch.) *λίνον διαιρεῖν*. Nullum igitur toto Aenea certum aut futuri indicatiui aut optatiui personae secundae adhibitae testimonium nisi in capitibus XVI et IX, de quo mox sum dicturus.

Iam uide quam et libere et frequenter interpolator altera sit usus persona XVI 6 *ἐάνπερ γε σὺ αὐτοῖς ἐπιθῇ*, 7 *ἡτοιμασμένης γάρ σοι τῆς βοηθείας — ἐπιτίθεσο δὲ τοῖς πολεμίοις — ἐν οἷς - μαχεῖ — ἔξεις* – 8: *σοι τὴν δίκην δῶσι — σώζοιο ἄν; — ἂν τοῖς μὲν σαυτοῦ κινδυνεύοις*, 11 *ἐὰν δέ σε λάθῃ ἢ φθάσῃ*, 12: *φθάσαι δέ σε εἰκός ἐστιν*. 13: *εἰς τὸ δέον σοι συμβήσεται — ἐὰν μὴ κατοφθῇς*, 19: *πολὺ γὰρ προέξεις — οἵους ἂν σὺ βούλῃ — σοὶ μὲν γνωστούς*, 20 *ὧν θέλεις* 21 *ὑπάρχοντος δέ σοι ναυτικοῦ*, 22 *ἄν - τοῖς πολεμίοις ἐπιθεῖο — τὰ ἀφ' ὑμῶν*. Quibus addendum est plane unicum exemplum 4 *δεῖ γάρ σε εἰδέναι;* Aeneas uero aut *δεῖ* uel *χρὴ* cum infinitiuo coniunctum adhibet aut simplicem infinitiuum nullo nisi finito addito subiecto. Sic in parili exemplo XXVII 4 *εἰδέναι κατὰ τούτους τὸν φόβον ὄντα*; *δεῖ* cum infinitiuo persona non significata coniunctum inuenies e. gr. in capite X una § 1, item *χρὴ* § 11 et 16. Cetera fere omnia præcepta solo infinitiuo exhibentur, quod in capite X si recte numeraui quadragies quinquies factum est nunquam *σὲ* accusatiuo ad infinitiuum actiuae formae addito; imperatiui tertiam personam deprehendis X 19: *θάνατος ἔστω*, 25: *ἔστωσαν δὲ διειλημμένοι*, semel adiectiuum uerbale *σοὶ* datiuo omisso § 20: *ἐπιμέλειαν ποιητέον*. Vt etiam ex posteriore parte unum quodlibet caput præceptorum plenissimum eligam, in XXII infinitiuum item nude positum inuenies undeuicies, *χρὴ* cum infinitiuo § 7, 16, 24, *δεῖ* item § 21, imperatiuum tertiae personae § 9, 22, 23, *ἄριστον δὲ* c. inf. § 14, *ἀγαθὸν δὲ* § 19, nunquam aut *σὲ* aut *σοὶ* aut similia.

Ab eodem homine, qui hæc scripsit, insertum etiam arbitror IX caput. Quae de IX et X capitibus Casaubonus adnotauit: »congeruntur hoc et sequenti capite præcepta plurima et utilissima, quibus tunc est utendi tempus, cum hostis superatis omnibus impedimentis propius muros accedit et urbs serio obsideri incipit« — ea uera sunt de capite IX, de decimo non item. Nondum enim hostes propius muros accessisse dici elucet ex X 1—3: sero sane, si hoc uerum esset, qui mancipia et iumenta possiderent, in uicina aliqua terra ea deponere iuberentur apud hospites uel priuatos uel publicos. Idem dicendum de X 18 et 19; quodsi alia huius capitis præcepta ad ipsum obsidionis tempus spectare concedendum est, non est quod miremur ea hoc iam loco commemorari, quoniam prudentis est imperatoris futura prouidere: oppugnationis autem ipsum tempus non tetigit Aeneas ante XXXII caput.

Quodsi constat nec in decimo capite hostes muris adpropinquasse et octauo eorum aduentum expectari tantum (VIII 1 *προσδεχόμενον πλείω καὶ μείζω δύναμιν πολεμίων*) mirationem facit, quod nono capite, quod duobus illis interpositum est, eidem hostes antequam fines ciuitatis intrauerint iam *θρασύνεσθαί τι* dicuntur, quod uerbum siue censeas ad subitos in muros factos impetus spectare (ut XXXIX 6) siue intellegi malis de incursionibus hostium in ciuitatis agros, præpostere dictum est utrumque, cum de illis exponatur non ante postrema capita, his autem quomodo occurendum sit longius edoceamur capite XV.

Hæc autem suspicio, quae turbato rerum ordine mota est, non potest quin augeatur si accuratius præcepta ipsa examinaueris. Postquam uno uerbo monuit scriptor, ut primum loci nescio qui ab imperatore occuparentur (IX 2 *τόπους τινὰς τῆς οἰκείας χώρας καταλαβεῖν* quasi de aliena terra cogitari posset) statim pergit ad id quod unum ei cordi fuisse uidetur: contionem esse conuocandam, oratione esse excitandos ciuium uel militum animos: qua re nuntiata in hostium urbem uel castra fore ut illi incepto desisterent: *δύνασαι ἐπιτρέπειν ὧν ἐπιχειροῦσι πράσσειν*. Optima profecto et facillima ratio unius contionis ui ac splendore hostes ad sanam rationem cogendi. Quid multa? rhetorem habes qui quantum posset etiam in bello eloquentia insigni exemplo illustrare uoluerit. Ceterum ab Aenea non fuisse alienum etiam de contionando militibusque et centurionibus exhortandis exponere præcipue cap. XXXVIII 4 testimonio diserto edocemur, ubi certiores fimus librum peculiarem cui *Ἀκούσματα* inscriptum fuisset eum de hac re composuisse: cuius libri mentionem in eo scriptore, qui ad reliqua scripta sua crebro prouocet, eo magis hoc loco desidero

quo grauior est hæc contionandi occasio quam quae l. l. capitis XXXVIII commemoratur. Absurdum deinde esse in repentino hostium impetu in noctem defensionem ciuium differre (§ 3 *ὅταν νυκτὸς σημήνῃ τῇ σάλπιγγι*) nemo non uidet; incertum autem illud atque inane consilium de locis quibusdam occupandis mutuatus est scriptor ex Aeneae uerbis quae inuenerat XVI 17 *χρή τινας καταλαβεῖν τῆς χώρας τόπους*, ubi tam apta sunt quam hoc loco inepta. Eundem denique fuisse rhetorem qui etiam caput XVI arte sua exornari uoluit, inde suspicor quod in hoc capite item adhibitam uidemus secundam personam § 1 *οἱ ἐπιόντες πρός σε*, — *τοὺς σεαυτοῦ*, § 2 *δύνασαι* (sic Hertlinus recte pro *δύνανται*) § 3 *ἐμποιήσεις* (*ἐμποιήσειας* codex) — *ἐμπαρασκευάσεις*. Confer denique antithesin IX 3 *τοῖς μὲν φιλίοις θάρσος ἐμποιήσεις — τοῖς δὲ πολεμίοις φόβον ἐμπαρασκευάσεις* cum illa quam XVI 3 inuenimus: *τῶν μὲν τὸ δεῖμα ἀφαιροῦντα, τοῖς δὲ θάρσος ἐμποιοῦντα.*

Alius generis interpolatio eaque ab homine profecta, qui inquinate scriberet, inest in II 7 usque ad finem. Sic transcribam uerba qualia extant in codice: *ἐξοιστέον δὲ καὶ τὰ ὑπεναντία τούτοις, ὡς μιᾶς μὲν οὔσης εὐρυχωρίας κίνδυνον εἶναι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ἂν προκαταλαμβάνωσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες (κοινοῦ γὰρ καὶ ἑνὸς ὄντος τόπου τοιούτου, τῶν φθασάντων ἂν εἴη τὸ ἔργον), δύο δὲ ἢ τριῶν ὄντων τοιῶνδε τόπων, τάδε ἂν εἴη τὰ ἀγαθά. εἰ μὲν ἕνα ἢ δύο καταλαμβάνοιεν τόπους, τὸν λοιπὸν ἂν τοῖς ἐναντίοις ὑπάρχειν· εἰ δὲ πάντας, χωρισθέντες ἂν καὶ μερισθέντες ἀσθενεστέρως διακέοιντο πρὸς τοὺς ὑπεναντίους ἀθρόους ὄντας, εἰ μὴ ἑκάστῳ μέρει ὑπερέχοιεν τῶν ἐν τῇ πόλει* [*ὡς δὲ αὕτως καὶ κατὰ τῶν ἄλλων πάντων θελημάτων χρὴ τὰ ἐνόντα ὑπεναντία τοῖς προγεγραμμένοις ὑπονοεῖν, ἵνα μὴ ἀπερισκέπτως τι ἕτερον αἱρῆσαι* (*αἱρήσαιο* Casaubonus, *αἱρῆται* Haasius, *αἱρήσῃ* Meierus)].

Postulauerat Aeneas in II 1 ut areae uacuae quae inutiles essent fossis uallisque obstruerentur; secuta erant inde a § 2 usque ad § 6 duo exempla quibus quam utile hoc fuisset demonstraretur. Iam his quae supra adtuli hæc fere exponuntur: »Si una sit arca uacua, periculum erit ciuibus ne aduersarii (*οἱ ἐπιβουλεύοντες*) priores eam occupent; sin plures sint, hoc ex contrario conducibile ciuibus erit; siue enim ex tribus duae, ex duabus una ab aduersariis occupabitur, una relinquetur ciuibus; siue omnes, sperandum erit dispersos ac diuisos aduersarios infirmiores fore — nisi sint ex omni parte ciuibus superiores«. Longis igitur ambagibus, si intellexi quid scriptor uoluerit, ac fere ridicula subtilitate (quae inprimis conspicitur in numeris illis inter se respondentibus *δύο ἢ τριῶν ὄντων* et *ἕνα ἢ δύο*) demonstrare uult is qui scripsit maiori usui

esse ciuibus si plures sint areae uacuae quam si sit una. Quod quomodo contrarium dici possit (*τὰ ὑπεναντία τούτοις*) præcepto ab Aenea in § 1 dato, equidem non dispicio (uide etiam quae infra extant ab Herchero quidem eliminata *τὰ ἐνόντα ὑπεναντία τοῖς προγεγραμμένοις*), ut hic quoque dicendus sit non præstitisse scriptor quod promiserit. Cui accedit quod oratio est balbutientis hominis, qui bis infinitiuo cum *ἄν* usus sit, ubi optatiuus erat adhibendus; quodsi emendationes ab Herchero propositas accipias, ne tum quidem liber erit obscuritatis crimine is qui significare omiserit *καταλαμβάνοιεν* (§ 8) uerbi subiectum esse *τοὺς ἐπιβουλεύοντας, τοῖς ἐναντίοις* deinde et *τοὺς ὑπεναντίους* uocibus eosdem indicari, quos *τοὺς ἐν τῇ πόλει* et nominauerat in initio et nominauit in fine. Ceterum apertum est qui hæc scripsit de ciuili seditione cogitasse, cum Aeneas ipse, id quod exemplis antea adlatis comprobatur, dixisset de externis hostibus. Quos quod *νεωτερίζειν βουλομένους* in § 1 adpellauit, in ea re censeo Aeneam Thucydidem, unde alterum exemplum § 3 – 6 hausit, imitatum esse, qui cum alias tum hoc loco (II 3) *νεωτερίζειν* de bellica actione usurpauit.[1])

Monet me huius interpolatoris in numeris distinguendis subtilitas uerborum quorundam quae leguntur XVIII 21. Vt enim concedam per se tolerari quodammodo posse quod § 20 adfertur exemplum portarum custodis[2]) qui antequam portae clauderentur aquandi causa extra urbem egressus iuxta fontem lapidibus consulto dispositis hostibus arcana prodiderit, plane insulsa sunt quae sequuntur § 21: lapidibus illis notasse eum quibus uigiliis sibi hac nocte custodiendum

---

1) Ab eodem fortasse XXVI 10: post *ἄριστον δὲ αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἐπιμελῶς ἑκάστοτε περιοδεύειν μετὰ ἀπολέκτων ἀνδρῶν* adiecta sunt haec: *ὑπεναντίως δὲ τούτοις διακειμένου τοῦ στρατεύματος ἐπισπερχεστέρως τοὺς φύλακας ἐξετάζειν*, quae prorsus inutilia esse nemo non uidet. Eiusdem farinae sed multo etiam ineptius additamentum est XXXIX 8. Postquam enim qualis laqueus esse deberet quo hostes audacius ad muros accedentes irretiti traherentur, accurate descriptum est his uerbis: *ἔστω δὲ ὁ μὲν βρόχος ὅπλον ὡς ἰσχυρότατον, τὸ δὲ ἕλκον ἐπὶ δύο πήχεις ἄλυσις τοῦ μὴ διατμηθῆναι. τὸ δ' ἄλλο ὅθεν ἕλκουσι σχοῖνος· οὗτος δὲ ἔσω κατακρέμαται καὶ ἀνασπᾶται ὄνοις ἢ κηλωνείοις* (exhibui locum qualem Hercherus emendauit) additum est perabsurde ab homine qui aut Aeneam non intellexisset aut suam sententiolam ei opponere uellet: *οἱ δὲ πολέμιοι ἐὰν διατέμνειν ἐπιχειρῶσι, πρὸς ταῦτα πάλιν οἱ ἔσωθεν κηλωνείοις χρῶνται καθιέντες, ἵνα μὴ διατέμνηται· αἱ γὰρ ἁλύσεις πρὸς τὰ τοιαῦτα πραγματῶδες καὶ δυσμεταχείριστον, ἅμα δὲ καὶ ἀλυσιτελές.* Absurde enim tollenones et catenae inter se opponuntur, quasi eadem esset horum duorum administratio, ut utrum deligas optio sit. Nec miror profecto Hercherum *πάλιν* illud non intellexisse.

2) Conferas tamen quae infra diximus pag. 36.

esset, *ἔτι δὲ καὶ ἢ τοῦ τείχους καὶ κατὰ τί τῶν φυλακείων λελόγχοι.* Hæc hominem produnt ignarum, portae custodem non in muro stationem suam habere sed ad portam. Verum etiam illud notandum quam ridiculam curam adhibuerit ille quisquis fuit ad numeros et uigiliarum et saxorum indicandos: *εἰ μὲν γὰρ πρώτην φυλάσσοιεν, ἕνα λίθον ἐτίθει, εἰ δὲ δευτέραν, δύο, εἰ δὲ τρίτην, τρεῖς, εἰ δὲ τετάρτην, τέτταρας*, ut si plures uigiliae fuissent, sine dubio etiam plures numeros fuerit positurus.

Iam ut dixi ad II 7 seqq. uoluisse aliquem contraria adferre uideri Aeneae præceptis, sic alio loco id putauerim accidisse, ut in margine adscriberetur re uera contraria Aeneae sententia. Non satis enim quod sciam a quoquam aut explicata aut emendata sunt uerba X 24, Vbi postquam Aeneas iussit obsidum qui in hostium potestate essent cognatos ex urbe per legationem uel alia causa inlata remoueri, pergitur ita: *ἐὰν δὲ ἄρα δυσχερὲς ᾖ μετὰ [τῶν = δε τῶν*: eiecit Sauppe] *προφάσεων ἐκπέμπειν, ἐᾶν διάγειν* (sic Hercherus pro codicum *συνδιάγειν*) *αὐτοὺς ὡς ἐλαχίστων μετέχοντας ἔργων καὶ πράξεων καὶ μήτε ὅπου ἔσονται μήτε ὅ τι πράξουσι προειδέναι καὶ ὡς ἥκιστα ἐπὶ σφῶν αὐτῶν διατελοῦντας* (sic Hercherus pro *διατηροῦντας*) *καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν καὶ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις* (sic Meierus prp *ἐπ' ἄλλας*) *καὶ λειτουργιῶν αὐτοῖς πλῆθος* (sic Hercherus pro codicum lectione: *λειτουργίας αὐτοῖς τὸ πλῆθος*) *ἐπιρρεῖν ἀνυπόπτως [μεθ' ὧν ὄντες ἐν φυλακῇ μᾶλλον ἔσονται ἢ φυλάξουσί τι*: expunxit Herch.]. Is uir doctus his quas indicaui coniecturis alias quoque addidit ut *προειδέναι* in *προειδότας* mutaret, deinde *ἢ* particulam adderet post *ἡμέραν*; scriberet denique extrema sic: *ἐπιρριπτεῖν ἀνυπόπτως*. Cui cum *ἢ* illo inserto indicare uelit duo diuersa inter se præcepta dari, ita adsentior equidem, ut præterquam quod dubitem num ab eodem auctore eadem de re plane contraria suadeantur, alio potius loco diuisionem illam notari debuisse dicam. Altero enim præcepto (quod ut nunc legitur priorem locum obtinet) imperator obsidum cognatos iubetur quantum possit fieri a bellicis negotiis prohibere: altero uero quam plurimis et diuersissimis huiusmodi occupationibus implicare. Quodsi recte disputaui, ad prius præceptum ut nunc uerba sunt pertinet hoc solum: *ὡς ἐλαχίστων μετέχοντας ἔργων καὶ πράξεων*, ad alterum uero quotquot uerba sequuntur, ut si *ἢ* inserendum esset inter duo præcepta, id fieri debuerit ante *καὶ μήτε ὅπου ἔσονται — προειδέναι*: hæc enim iam sunt eius cui negotiorum uariorum multitudo imponatur. Veri autem simile non est Aeneam, si duo contraria suadere uoluisset, æquabilitatem ita fuisse neglecturum, ut alterum præceptum quam paucissimis alterum quam plurimis uerbis (inde

a *μήτε ὅπου ἔσονται* usque ad finem enuntiati) pronuntiaret. His omnibus eo adducor ut statuam ab Aenea ipso hæc sola profecta esse: *ἐᾶν μήτε ὅπου ἔσονται μήτε ὅ τι πράξουσι προειδέναι καὶ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις πράξεις καὶ λειτουργιῶν αὐτοῖς πλῆθος ἐπιτρέπειν* [1]) *ἀνυπόπτως*. Cui cum „*τὸ ὑπεναντίον*“ (II 7) aliquis ut æque utile in margine adiecisset his fere uerbis: *ἢ καὶ διάγειν αὐτοὺς ὡς ἐλαχίστων μετέχοντας ἔργων καὶ πράξεων καὶ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν διατελοῦντας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν*, hæc postea cum ceteris in unum coniuncta et addito illo *ὡς ἥκιστα* consuta sunt. Similiter nescio an exortum sit § 13: *ἢ κατ' οἶκον διατελεῖν* post *μεθίστασθαι εἰς χωρίον ῥητὸν* uerba.

Capite XVII Aeneas docet quam periculosum sit belli tempore extra urbem sollemnes pompas ducere ad festos dies agendos. Quod cum illustratum esset Argiuorum et Chiorum exemplis, hæc addita sunt § 6: *ἄριστον δὲ τὰς ἀρχὰς πρῶτον μετὰ τῆς προειρημένης δυνάμεως ἱεροποιῆσαι, τούτων δὲ ἐκτοῦ ὅχλου ἀπαλλαγέντων τοὺς ἄλλους συνιέναι*. Hæserunt omnes editores in *προειρημένης δυνάμεως* uerbis; iure illi quidem cum quo spectet *προειρημένης* illud in antecedentibus frustra quæratur. Nec tamen existimo quidquam nos profecturos aut Casparis Orellii coniectura *προηιρισμένης* aut Meieri *προῃρημένης* aut Hercheri denique *προκειμένης*, quod secundum Polybii quendam locum uult praescriptum numerum significari. Nam præscripti numeri nulla mentio in eis quae antecedunt. Mihi uero tota sententia et per se inepta uidetur quippe qua ut sine magistratu uolgus diem festum agat suadeatur, et ab Aeneae mente alienissima qui quidquam id genus *ἄνευ τῶν ἀρχόντων* fieri uetuerit (Cap. X et XXII, 16). Contra si Aeneam ipsum audiamus, „*ἄριστον*“ est omnino tali tempore nullos dies festos extra urbem agere, uide X 4 *τὰς δὲ ἑορτὰς κατὰ τὴν πόλιν ἄγειν*; conferas etiam XVII 1.

Capite XXIX cauendum esse dicit Aeneas, ne uel uasis uel uecturis mercaturae specie arma in urbem importentur ad nouas res agendas. Hoc autem olim accidisse in urbe quadam, in quam alia aliis uasis arma essent importata. Lepidam hanc uasorum et armorum enumerationem incipit Aeneas his uerbis § 3: *ἐξοίσω δὲ παραδείγματος ἕνεκα ἐπὶ πρᾶξιν εἰσηγμένα* [2]) ultimo autem

---

1) *ἐπιτρέπειν* scripserim pro librorum *ἐπιῤῥεῖν*, quod in *ἐπιῤῥιπτεῖν* mutauit Hercherus. Sed hoc displicet ut nimis poëticum.

2) Sic corrigo deprauata librorum uerba: *ἐπὶ πράξει γεγενημένα*, *ει* terminationem ex *εἰς* præpositione ortam esse ratus. Quam emendationem faciliorem habeo quam aut Kœchlyi *τὰ ἐπὶ τοιαύτῃ πράξει γεγενημένα* ubi *τοιαύτῃ* quid sibi uelit nescio, aut Meinekii, qui eleganter quidem *ἐπὶ Θρᾴξὶ* coniecit sed ita ut etiam in sequentibus *πόλις* in *Ἀμφίπολις*

loco pugiones dicuntur importati esse orcis frumenti caricarum oliuarum: *ἐγχειρίδια δὲ ἐν ἀμφορεῦσι πυρῶν καὶ ἰσχάδων καὶ ἐλαῶν* (§ 6). Quae autem statim sequuntur uerba § 7: *εἰσηνέχθη δὲ ἐγχειρίδια καὶ ἐν σικυοῖς πέποσι γυμνὰ ἐωσμένα* (sic Hercherus; *απ εω ω ενα* Med.) *κατὰ τοὺς πυθμένας εἰς τὸ σπέρμα τῶν σικυῶν*, hæc puto ab aliquo adiecta esse qui uellet significare pugiones potuisse etiam lepidiore ratione cucumerum seminibus occultari. Est enim cur miremur in hoc uno genere armorum scriptorem non contentum fuisse una eaque simplici occultandi ratione commemoranda; cui accedit quod si hæc uolebat, non arbitror scriptorem *ἐγχειρίδια* uocem repetiturum fuisse, sed aut omissurum aut pronomine demonstratiuo usurum. Interpolator deinde eo euincitur quod in § 8, ubi quomodo ex uasis aliis alia ratione arma desumpta sint narratur prorsus eodem ordine quo supra erant commemorata, de pugionibus hæc tantum dicuntur: *οἱ δὲ τοὺς ἀμφορέας συνέτριβον*, sine ulla cucumerum mentione. Ceterum interpolationibus refertam esse hanc narrationem Hercherus quoque peruidit qui et ipse ex § 8 complura in marginem relegauit. Vide etiam nos pag. 31. Sic etiam censeo § 9 interpolatori deberi, qui ad similitudinem locorum aliorum ut XXIV 8, XXVIII 5 hic quoque de copiis extra urbem signum adpropinquandi expectantibus cogitandum esse duxerit. Pro corruptis: *καὶ ὡς φάλαγξι γενόμενον* cum Kœchlyus scripserit *καὶ ἡ ἔξω φάλαγξ [συνεῖδε] τὸ γενόμενον*, sic conicio: *ταῖς ἔξω φάλαγξι γενομένου* (h. e. *σημείου*).

Cap. XXVII 3 ubi de panicis terroribus præcipiuntur hæc duo: *ἄριστον δὲ παρηγγέλθαι, καθ' οὓς ἂν τῶν στρατιωτῶν γένηται ὁ φόβος, κατὰ χώραν τε ἡρεμεῖν καὶ ἀναβοᾶν παιᾶνα ἢ λέγειν ὅτι ἐστὶ πάνειον καὶ τὸν ἀκούοντα ἀεὶ τῷ πλησίον παραγγέλλειν*, nolim magno opere cum eo pugnare qui hoc quoque altero loco positum præceptum bonum esse contendat, modo hoc mihi concedat non solere Aeneam ubi optimum esse aliquid dicat, duo uel contraria uel diuersa afferre. Quod maius est, Aeneam ipsum prius tantum præceptum in mente habuisse elucet ex eis quae statim sequuntur: *καθ' οὓς ἂν οὖν τοῦ στρατεύματος μὴ ἀντιπαιανίσωσιν, εἰδέναι κατὰ τούτους τὸν φόβον*

---

mutare cogeretur. De *ἐπὶ πρᾶξιν* »ad rem gerendam» conferas IV 5 *ἐπί τινα πρᾶξιν*, VIII 3, XXIX 11; uide etiam XXIII 10 *συνίστορα τῆς πράξεως*, XXIV 15. — *εἰσάγειν* de epistulis X 6, de frumento X 12, de armis X 7, XXIX 5 *οἱ εἰσαγαγόντες*, denique XXX 1: *τὰ ἐπὶ πράσει εἰσαγόμενα*. Unde fuit cum etiam hoc de quo agimus loco conicerem: *ἐπὶ πράσει εἰσηγμένα*. Sed simplicius est quod supra posui: *ἐπὶ πρᾶξιν*.

ὄντα. Exstinguenda ergo sunt quae significaui: ἢ λέγειν usque ad παραγγέλλειν.

Cap. XXII 19 scalas quibus muri conscendantur ideo clausas esse oportere Aeneas exponit ne aut ulli oppidi incolae, qui prodere uelit hostibus, facultas sit partis muri occupandae aut quisquam hostium si murum clam ascenderit in urbem possit descendere, nisi uelit ab alto desiliens periculum subire: ἵνα μηδενὶ ἐγγένηται προκαταλαμβάνειν τι τοῦ τείχους βουλομένῳ ἐνδοῦναι τοῖς πολεμίοις, ἄν τέ τινες ἔξωθεν τῆς πόλεως λάθωσιν ὑπερβάντες, μὴ ῥᾳδίως διὰ ταχέων καταβαίνωσιν ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐὰν μὴ ϕέλωσιν ἀφ' ὑψηλῶν (sic Hertlinus; ἀπ' ἀλλήλων codex) καταπηδῶντες κινδυνεύειν. Quae uerba Aeneae sanissima turpissime interpolator fœdauit. Primum enim inter πολεμίοις et ἄν τέ τινες uerba interposuit hæc: ἀλλ' ὥσι φύλακες οὓς ἂν σὺ βούλῃ ἐξ ἀνάγκης διατελοῦντες καὶ μὴ καταβαίνοντες: in quibus superuacaneum illud οὓς ἂν σὺ βούλῃ quasi scalis non clausis alii essent custodes quam quos imperator esse iussisset; miror præterea deinde illud ὥσι διατελοῦντες pro eo quod expectaueris διατελῶσι ὄντες, miror denique inprimis scriptoris ignorantiam qui immemor uigiliarum uicis censuerit custodes toto tempore in muris manere. Non solum igitur illud καὶ μὴ καταβαίνοντες, quod Herchero quoque in addendis ad minorem editionem suspectum erat, sed totum enuntiatum expungendum est. Eiusdem insolentis stultitiae erat post ἀφ' ὑψηλῶν καταπηδῶντες κινδυνεύειν uerba addere illud καὶ μήτε λαθεῖν μήτε φθάσαι, cum Aeneas ipse nil significare uoluisset nisi periculum, ne, si desilirent, aut perirent aut membra contunderent saltem.

Videntur autem homini illi, qui hæc in Capite XXII addidit, omnino curae fuisse hostes a muris desilientes. Etenim cum Aeneas iussisset XL 1: τῆς πόλεως ὅσα ἂν ᾖ εὐπρόσοδα οἰκοδομεῖν ὑψηλα ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἵνα ἄν τινες τῶν πολεμίων ἢ λαθραίως ἢ βίᾳ ἀναβῶσιν, [ἐν ἀπορίᾳ γενόμενοι μὴ δύνωνται καταπηδᾶν ἀλλὰ] πάλιν ἀπίωσι μὴ ἔχοντες ὅπῃ καταβαίνωσι — altitudine enim muri uel ædium fore arbitrabatur, ut a desiliendi conatu deterrerentur quicunque hostium ascendissent — ne his quidem contentus interpolator imperauit idque in urbe quae non satis defensorum haberet fieri hæc: παρὰ δὲ τὰ ᾠκοδομημένα ἔνθεν καὶ ἔνθεν φυλασσόντων οἱ ὑπάρχοντες ἄνθρωποι, ἵνα τοὺς καταπηδῶντας ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν διαφθείρωσιν. Quod nouum sane ac ridiculum genus custodum ad eos interficiendos qui forte desiliissent constitutum miror scriptorem non ceteris quae Aeneas distinxerat suo loco addidisse. Ceterum me etiam ἐν ἀπορίᾳ γενόμενοι μὴ δύνωνται καταπη-

δᾶν interpolatori attribuere, cum statim sequatur μὴ ἔχοντες ὅπῃ καταβαίνωσιν uno uerbo monuisse sat erit. Eundem deinde agnoscere interpolatorem mihi uideor, cui inprimis placuerit rhetorica locutio λαθεῖν καὶ φθάσαι, a uero Aenea usurpata XXII 6, XXXVII 6. — In interpolationibus autem deprehendi eam locis his XVI 11, XVIII 19, XXIII 11, XXVIII 5, hoc denique loco.

Iam relicto Capite XL nobis redeundum est ad eum locum, unde orsi sumus. XXII 19 extrema uerba πρέποι δ' ἂν τὸ παρασκεύασμα τοῦτο περὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ ἐν τυράννου ἀκροπόλει aliena esse censeo et ab hoc loco et ab Aenea, qui nunquam aut arcis aut tyrannorum mentionem in Poliorcetico fecerit: ab eodem hæc quidem profecta, qui Herchero iudice ipso XXIX 1 hoc addidamento Aeneae orationem ditauerit: ἐν οἷς — ἤδη πόλις καὶ ἡ ἀκρόπολις κατελήφθη, quique τυράννων uocem X 11 interiecerit πόλεων ἢ στρατοπέδων uerbis.

XXVI 7—10 præcipitur quomodo habendi sint milites quorum animi fracti sint calamitate accepta. Frequentius et intentius etiam esse uigilias circumeundas nec tamen circitoribus grauius statuendum de uigilibus, quos somno uel lassitudine confectos deprehenderint. Periculum enim esse ne si acerbius agatur milites animos plane despondeant § 8. Vbi adsentiar equidem Herchero qui pro interpolatis habet uerba εἰκὸς δὲ ὅταν εὑρεθῇ αἰσχρόν τι ποιῶν ἀθυμεῖν. Iam sequuntur § 9 hæce: καὶ τοὺς περιόδους ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἐκ πλείονος χωρίου καταδήλους εἶναι προσιόντας τοῖς φύλαξι φωνοῦντάς τι πόρρωθεν, ὅπως ἂν ἐγερθῇ ἐὰν καθεύδῃ ὁ προφύλαξ, καὶ πασασκευάσηται ἀποκρίνασθαι τὸ ἐρωτώμενον. At ego non adducor tam ridicula scripsisse Aeneam, ut iuberet altiore uoce uti circitores ex longinquo clamantes, quo commodius somno suo excitati uigiles animum componere possent ad respondendum. Quodsi tam molliter et delicate haberi uoluit uigiles, quidni iusserit, quod sane simplicius erat, lectos et stragula eis sterni? Itaque rhetorem, non militem hæc excogitasse censeo: nisi quis uoluit iocari.

Breuiter denique monendum de his exemplis:

III 3 ὁμοτρόπως δὲ καὶ φρουρίου ὑπὸ συμμάχων φρουρουμένου μέρος τοῦ τείχους τῶν συμμάχων ἑκάστοις ἀποδιδόσθω φυλάττειν. Quae inepte sunt efficta ad exemplar § 1, ubi in urbe, quae ex improuiso ut non posset ab ea defensio parari ab hostibus oppugnaretur, secundum tribus ciuibus murum esse partiendum dixerat Aeneas. Nec enim profecto in tali tempore poterunt extrinsecus socii accersiri nec perspicitur hoc loco quid φρούριον sit præter muros, nec omnino usquam hac uoce usus est Aeneas.

Item extirpanda sunt ex oratione Aeneae quae inueniuntur XXII 8 *μὴ προειδότων ὅπου τοῦ τείχους τὴν νύκτα ἔσονται μηδὲ μεθ' ὧν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες τὸ μέλλον, καὶ τοὺς ἡμέρας φυλάξαντας μὴ φυλάσσειν νυκτός· οὐ γὰρ ἐπιτήδειον προειδέναι ἃ μέλλει ἕκαστος πράσσειν.* quae ne si cum Herchero quidem emendatiora legeris, ullo modo satis facient; futilissimam enim repetitionem deprehendes eorum quae § 7 iam erant dicta.

XXVII 15 *γενομένης δὲ ἡμέρας τοὺς φύλακας μὴ ἀφιέναι ἐκ τῶν φυλακείων πρὶν ἂν τὰ ἔξω προερευνηθέντα ἐμφανισθῇ καὶ καθαρὰ εἶναι πολιτῶν* (pro his Hertlinus *καθαρὰ ὄντα πολ.*-scripsit) *· καὶ ἀπιέναι τοὺς ἀπὸ τῶν φυλακείων μὴ ἅπαντας* (*ἅμα πάντας* Meinekius) *ἀλλὰ κατὰ μέρη, ὅπως ἀεί τινες ἐπὶ τοῖς φυλακείοις διατελῶσιν.* Primus quantum sciam Sauppius p. 748 uidit hæc uerba minime pertinere ad hoc caput, quod est de panicis terroribus. Cum tamen ille censuerit huc aberrasse ea a capite XXII, ego malim interpolatori tribuere qui effinxerit ex XXVIII 4 *ἔξω τε μηδένα ἀφίεσθαι πρὶν ἂν ἐξερευνηθῇ τὰ περὶ τὴν πόλιν.* Etenim quod altera parte præcipitur, ne unquam murus obsessae urbis uacuus relinquatur ab custodibus, hoc per se intellegitur; quod autem in prioribus uerbis uetantur custodes dimitti antequam *τὰ ἔξω προερευνηθέντα ἐμφανισθῇ καθαρὰ ὄντα πολεμίων*, id uereor ne nunquam fieri possit in urbe ab hostibus circumsessa. Quando ergo poterunt dimitti custodes?

In XXXVIII 3 *τάς τε κύνας δεσμεῖν τὸν καιρὸν τοῦτον· μετὰ γὰρ ὅπλων καὶ θορύβου τῶν ἀνθρώπων* (sic Meinekius; *θορυβούντων ἀνθρώπων* cod.) *τρεχόντων κατὰ τὴν πόλιν δι' ἀήθειαν* (sic Casaub.; *δι' ἀλήθειαν* M.) *ὁρῶσαι αἱ κύνες ὀχλοῖεν ἂν προσκείμεναι* Herchero iam quædam displicent. Scribere enim malit *τοὺς κύνας* et *προσκείμενοι;* deinde *ὁρῶσαι αἱ κύνες* uerba expunxit. Inserta autem ego habeo hæc omnia uerba ab eodem homine cui iam XXIV 18 canes ualde erant cordi cum adderet de suo hæc: *προενθυμεῖν δὲ τῶν κυνῶν μὴ διὰ τὸν συριγμὸν ἀσύμφορον ἐξ αὐτῶν ᾖ.* Quae uerba cum ipsi Herchero suspecta sint uisa, spero fore me eius adsensum laturum si et illo et hoc loco canes remouero quorum mentio in oppugnatione (§ 1 *ἐν ταῖς προσβολαῖς τῶν πολεμίων πρὸς τὸ τεῖχος μηχανήμασιν ἢ σώμασιν*) cum per se ridicula sit, tum hoc loco inepte est et indigne inserta præceptis imperatori datis (§ 2 oportere eum laborantibus cum electis succurrere, § 4 oratione pugnantes adhortari atque confirmare). Neque denique intellego quomodo possint canes qui in urbe sunt pugnantes in muro *ἐπὶ τῷ τείχει μαχομένους* (§ 3) turbare, *προσκείμεναι ὀχλεῖν.* Recte uero canes commemorantur XXII 14, XXII 20, XXIII 2.

II

Iam postquam de militaribus præceptis interpolatione additis satis egimus, transeamus ad leuiora quae amplificandi illustrandi explicandi causa uideantur esse adiecta. In quibus inprimis inuestigandis Hercherus uersatus est; nobis uero hæc liceat addere, quae eodem pertinere existimamus.

XXII 25 ad nouam rem oratio traducitur his uerbis *περὶ μὲν οὖν φυλακῶν ἰσότητος ἱκανῶς μοι δεδηλώσθω*. Quae formula ut est aliorum scriptorum propria, ita abhorret ab Aeneae consuetudine qui ne maioribus quidem partibus absolutis toto libello unquam his uel similibus uerbis se ad noua transiturum significauit. Conferas hos locos in quibus noua pars incipit: III extr., IV extr,, VI extr., X extr., XI extr., XIII extr., XV extr., etc. Vbicunque autem maiores illae quas dixi partes in minores dissecantur quod sæpissime fieri necesse est in hoc litterarum genere, quod totum fere constat ex præceptorum exemplorumque congerie, minorum sectionum transitus lenissimis notat Aeneas particulis aut *καὶ* aut *μὲν — δὲ*, *πρῶτον — ἔπειτα* aliis. Hoc autem loco eo minus eiusmodi transitus formula potest tolerari, quo breuius res ipsa tractata erat ab auctore: paucis enim lineis § 25 ipsa totum locum qui est de uigilum uice exaequanda absoluerat.

Grauior aut error aut interpolatio inesse uidetur mihi in ea transitus formula quae est in XXI 1: *περὶ δὲ ἀρμένων ἑτοιμασίας καὶ ὅσα χρὴ περὶ χώραν φιλίαν προκατασκευάζειν, ἢ τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ὡς δεῖ ἀφανίζειν ἢ ἀχρεῖα ποιεῖν τοῖς ἐναντίοις ὧδε μέν μοι παραλείπεται, ἐν δὲ τῷ Παρασκευαστικῷ περὶ αὐτῶν τελέως δεδήλωται.* Aeneas quotienscunque transgreditur ad ea tractanda, de quibus in aliis iam scriptis exposuerat, lectorem, si rem plenius cognoscere uelit, ad alium illum librum delegat. Velut XIV 2, ubi quomodo pauperes in urbe obsessa conciliandi sint exponitur, *Πορισστικῆς βίβλου* admonemur; XXXVIII 5 ubi agitur de adhortatione militum, *Ἀκούσματα* Aeneae laudantur; *Παρασκευαστικὴ βίβλος* laudatur VIII 5, ubi obsessi omni ratione prohibere iubentur quo minus hostes ex regione quae sit circa urbem percipiant usum; item VII 4; XI 2 in lacunoso loco ad librum quendam cuius nomen excidit Aeneas prouocat, in quo exemplis illustrentur insidiæ quaedam a ciuibus inimicis ciuitati structae; hoc denique capite de quo agitur XXII 2 profitetur auctor se breuiora quaedam ex libro, cui *Στρατοπεδευτικῇ* nomen sit, adlaturum de uigiliis tesseris et q. seqq. Hæc autem quae postremo loco laudauimus tam apta sunt et accommodata ad ea quae sequuntur, quam § 1 uerba inepta.

Aeneas enim cum capite XX exposuisset, qua ratione caueretur ne per fallacias custodis hostibus aperirentur portae, hæc in § 5 subiecit: *ὅταν δὲ αἱ πύλαι κλεισθῶσι, τοῖς φύλαξι σύνθημα καὶ παρασύνθημα δόντα ἐπὶ τὰ φυλακεῖα διαπέμψαι* aditum sibi paraus ad longiorem disputationem de uigiliis tesseris sim., quae sequitur inde a cap. XXII usque ad caput XXV. Optime igitur quae extant XXI 2 et conueniunt cum eis quae antecedunt cap. XX et cum eis quae sequuntur inde a XXII, unde concludendum XXI 1 uerbis insertis misere turbari quae inter se arte cohærent.

Nec poterat omnino, ut taceam de obscuris illis *περὶ ἀρμένων ἑτοιμασίας* quae quo spectent a neminedum explicatum est, Aeneas, qui bene excogitatum ad temporum uices ordinem scribendi sequeretur, postquam iam hostes oppido adpropinquantes fecit (Cap. XV et seqq. cf. etiam XXII 1: *προσκαθημένων ἤδη ἐγγὺς τῶν πολεμίων*) redire ad id temporis momentum quod hostium irruptionem antecederet h. e. ad ea quae narrantur Cap. VIII. Qnod caput si contuleris statim tibi adparebit uerba hæc de quibus agitur nihil esse nisi caput illud in epitomen redactum, et quidem ita, ut VIII 4 et 5 inepte huc transferrentur. Quod utrum errore necne factum sit discernere nolim; hoc tantum teneo, interpolatoris esse *περὶ ἀρμένων ἑτοιμασίας* qui uiderit cetera nimis peculiaria esse quam quae huc possent pertinere. Quid uero *ἄρμενα* illa sint, cum Aeneas non nisi *νεῶν ἄρμενα* XII 3 uno loco commemorauerit, quo sensu etiam a reliquis scriptoribus hoc adhibetur uocabulum, nec significauit interpolator nec attinet quaerere.

Pag. 26 editionis maioris ab Herchero index eius generis emblematum proponitur, quibus narrata aliqua ab Aenea machinatione expressis uerbis moneantur lectores ut simili fortuna usi prudentes sint nec se item decipi patiantur. Id genus interpolationibus quae incipere solent a *διὸ δεῖ* uel similibus hoc exemplum quod eiusdem farinae est nunc addam e XII 4.

Aeneas XII 2.	Interpolator XII 4.
ἀεὶ δὲ χρὴ ὑπερέχειν πλήθει καὶ δυνάμει τοὺς ἐπαγομένους πολίτας τῶν ξένων· εἰ δὲ μή, ἐπ' ἐκείνοις γίγνονται αὐτοί τε καὶ ἡ πόλις.	*δεῖ οὖν μή ποτε εἰς πόλιν οἰκείαν μείζω δύναμιν ἐπακτὸν* (Casaub. pro *ἐπ' αὐτὸν*) *δέχεσθαι τῆς ὑπαρχούσης τοῖς πολίταις· ξένοις δὲ χρωμένην* (Turic. pro *χρώμενον*) *ἀεὶ δεῖ τὴν πόλιν πολλῷ ὑπερέχειν τῆς τῶν ξένων δυνάμεως· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς ξενοκρατεῖσθαι καὶ ἐπὶ μισθοφόροις γίγνεσθαι.*

In § 4 etiam si cum Herchero *δεῖ τὴν πόλιν* uerba expungas, restat tamen intolerabilis eiusdem rei post tantillum interuallum iteratio et ea quidem falso distinguendi studio et inani uerborum copia notabilis. Hæc enim cum deprehendatur in *οἰκείας* adiectiuo, quod ad *πόλιν* substantiuum additur, hoc loco item superuacaneo atque in interpolatione IX 1: *τῆς οἰκείας χώρας*, deinde in *ξενοκρατεῖσθαι καὶ ἐπὶ μισθοφόροις γίγνεσθαι*, illud reperitur in discrimine, quod statui uoluit scriptor inter *ἐπακτὸν δύναμιν* et *ξένους*. Mercennarios enim et ipsos *ἐπακτοὺς* esse et per se patet et ex Aeneae uerbis § 2, ubi ciues *ἐπαγόμενοι* dicuntur *ξένους* et socios et conducticios, deinde etiam ex 5: *ἐπαγόμενοι ξένους* de mercennariis ipsis. Imitari fortasse uoluit interpolator eam mercennariorum et sociorum distinctionem quae § 1 instituta erat ita ut hi *σύμμαχοι* illi *ξένοι μισθοφόροι* adpellarentur. Sed eam ut Aeneas ipse inde a § 2 omiserat, ita male adhibuit ille homo, cui omnia § 4 uerba deberi equidem existimo. Quem eundem esse rhetorem suspicor qui plurimam partem cap. XVI et cap. IX scripsit.

XXII 26 *καὶ οὕτω τὸ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς νύκτα ἑκάστην φυλάξει.* His uerbis edocemur dimidium exercitum uigilum uice fungi, ut, si binas subsequentes comprehendas noctes, ne unus quidem miles hoc temporis spatio ab hoc munere liber sit. Quod uix credendum in eodem scriptore qui alios ad uigilias alios ad circuitiones alios ad nocturnas expeditiones eligendos esse cap. II nos docuerit. Sciendum præterea est, hoc loco de minus periculosis temporibus præcepta dari, cum hæc præcedant: *ἐν δὲ τοῖς ἀκινδυνοτέροις τοὺς ἡμίσεις τῶν προγεγραμμένων εἰς τὰς φυλακὰς καὶ περιοδείας χρὴ τετάχθαι*, inde ut sit concludendum, ubi immineat periculum, totum quaque nocte exercitum uigilare. Quod absurdum esse nemo non uidet. Apage igitur quod in initio notaui additamentum, quod stultus homo finxit ut *τοὺς ἡμίσεις τῶν προγεγραμμένων* sana uerba inepta sua interpretatione obscuraret.

XV 9. Aeneas cum cautionem adhibere oppidi incolas iussisset in *βοηθείαις*, more suo exempli causa quid Abderitis accidisset narrauit. Hos enim postquam Triballorum copias gentis bellicosissimae inrumpentes prœlio commisso fugassent, parum cautos ex hoc tempore fuisse dicit his uerbis § 9: *οἱ δὲ Τριβαλλοὶ ἀγανακτήσαντες τῷ συμβάντι, ἀπαλλαγέντες καὶ ἀναλαβόντες αὐτούς, πάλιν ἀφικόμενοι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐνέδρας προκαθίσαντες ἔκειρον τὴν χώραν τὴν Ἀβδηριτῶν οὐ πόρρω τῆς πόλεως, οἱ δὲ Ἀβδηρῖται ὑπερφρονήσαντες αὐτῶν διὰ τὸ προειργασμένον ἔργον ἐπεβοήθουν πασσυδί, οἱ δὲ ὑπῆγον αὐτοὺς εἰς τὰς ἐνέδρας. ὅπου δὴ λέγεται ἐκ μιᾶς πόλεως, τοσαύτης γε τὸ μέ-*

γεθος, πλείστους ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ἀπολέσθαι. Iam uero huic narrationi et simplici et perspicuae qua res ipsa absoluta esse tibi uidetur, subiecta sunt hæc: οὐδὲ γὰρ ἀκούσαντες ὅλεθρον τῶν πρῶτον ἐπεξελθόντων οἱ ἄλλοι ἐπέσχον τῆς βοηθείας, ἀλλ' ἄλλος ἄλλον παρακαλῶν ἔσπευδε βοηθεῖν τοῖς ἐπεξελθοῦσι, μέχρι ἠρημώθη ἡ πόλις ἀνδρῶν. Quibus nil potest esse languidius et obscurius. Est enim in quo admirer, cur eorum, qui πασσυδὶ dicti erant profecti esse, partes distinguantur (τῶν πρῶτον ἐπεξελθόντων); de rhetoricis ambagibus, quae cernuntur in describenda stolida Abderitarum audacia, non est quod longius exponam. Vnum moneo hunc locum uicinum esse capiti XVI quod interpolatum ab rhetore esse uidimus.

XXIV 17 sibilis compositis custodes si res postulet uti iubentur: πλάνης δὲ γενομένης τοῖς φύλαξιν ἀπ' ἀλλήλων συριγμῷ χρῆσθαι πρὸς αὑτούς, τοῦτον δὲ προσυγκεῖσθαι· πλὴν γὰρ τῷ εἰδότι ἄγνωστος τοῖς ἄλλοις ἔσται ἐάν τε Ἕλληνες ἐάν τε βάρβαροι ὦσιν. Ecquis unquam audiuit certis quibusdam sibilandi modis Græcos et barbaros inter se differre? Quam autem distinctionem aliis locis concedo locum habere potuisse, ubi ad dialectorum diuersitatem (uide de tesseris in capitis huius initii) respiceretur, eam hic ridiculam esse existimo, ubi agitur de sibilo. Nec uero usquam, ne ubi fieri quidem poterat, ab Aenea distinctum est inter Græcos et barbaros, sed alio modo: XXIV 1 ἐὰν τύχῃ τὸ στράτευμα μιγάδες ὄντες ἀπὸ πόλεως ἢ ἐθνῶν; ibid. 3: ἐν μιγάσιν οὖν ξένοις οὐ δεῖ τὰ τοιαῦτα παραγγέλλειν. Quo magis mihi persuasum est ἐάν τε — ὦσιν uerba pro interpolatis esse habenda. Ceterum quae statim sequuntur, item esse interpolata in transcursu monui pag. 22.

Certius etiam iudicium ferendum est de XXIII 3: τούς τε τῶν κυνῶν ὑλαγμοὺς καὶ τῶν ἀλεκτρυόνων τὰς φωνὰς (quae uox contra Hercherum qui ᾠδὰς scripsit recte defensa est ab Hermanno Sauppio Gœtting. gel. Anzeigen anni MDCCCLXXI p. 746) ἀφανίζειν [ἄφωνα ποιοῦντα: eiecit Hercher.] τόνδε τὸν καιρὸν ἐπικαύσαντά τι τοῦ σώματος· καὶ γὰρ αἱ τούτων φωναὶ ὄρθρου φθεγγόμεναι (Hercherus pro φθεγγομένων) ἐκφαίνουσι (Hercher. ἐκφανοῦσι) τὸ μέλλον. His postremis uerbis magnum illud atque inauditum edocemur gallos mane cantare solere: quamquam ne ingrati simus hoc noui nos discere concedimus, gallos mane canentes futura uaticinari. Quid multa? Fabricatus est hæc uerba quisquis fuit ex § 1 fine qui sic legitur ἵνα μὴ ὁ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀὴρ πυρωδέστερος ὢν τοῦ ἄλλου ἐκφήνῃ τὸ μέλλον. Huius autem interpolationis stultitia in eo deprehenditur, quod cum Aeneas docuerit periculum esse ne insolito nocturnarum expeditionum strepitu excitati aut canes

aut galli media iam nocte latratu et cantu suo quid noui gereretur proderent, narratur nobis his de quibus agitur uerbis quid mane fieri soleat. *ὄρθρον* autem distingui a nocte uide si tanti sit VI 6: *ὄρθρου ἢ ἔτι νυκτός*.

Quibus adiunxerim locum in quo præter interpolationes alia quoque uitia deprehenduntur.

XXIV 6 seqq. *γενόμενος δ' ἔξω καὶ διαλεχθεὶς τῷ Χαριδήμῳ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ ξένους ὡς τριάκοντα τεθωρακισμένους καὶ ἔχοντας ἐγχειρίδια [καὶ ὅπλα] καὶ περικεφαλαίας [κρυφαίας] [ὡς] ἀπήγαγέ τε οὖν αὐτοὺς [ἐν τῇ νυκτὶ] ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ καὶ ἔκρυψε τὰ ὅπλα καὶ ὁμοιώσας αἰχμαλώτοις μετ' ἄλλων γυναικῶν καὶ παιδαρίων καὶ τούτων ὡς αἰχμαλώτων, εἰσεπορεύετο ἀνοιχθεισῶν αὐτῷ τῶν πυλῶν διὰ τὸν ἵππον. ὅπου δὴ εὐθὺς οἱ εἰσελθόντες ἔργου εἴχοντο τόν τε πυλωρὸν ἀποκτείναντες καὶ εἰς ἄλλας ξένας πράξεις ὁρμήσαντες καὶ τῶν πυλῶν ἐγκρατεῖς ὄντες, ἐφ' ἃς εὐθὺς, οὐ πόρρω ὄντος τοῦ Χαριδήμου, παρῆσαν τάξεις καὶ κατέλαβον τὸ πόλισμα.* In his postquam iam Kœchlyus *ὡς* illud ex *κρυφαίας* uocis terminatione ortum deleuit, Hercherus interpolationem quoque adhæsisse perspexit, ut *καὶ ὅπλα* uerba inepte illa inter *ἐγχειρίδια* et *περικεφαλαίας* interiecta deleret, item deleret *ἐν τῇ νυκτί*, eo denique diceret se inclinare, ut *καὶ ἔκρυψε τὰ ὅπλα*, quod post *κρυφαίας* inutile uideretur, expungeret. Quamquam hac in re Sauppio potius obtemperem qui p. 746 l. l. *κρυφαίας* uocem ipsam delere se malle dixit; hominem enim illum, de quo sermo est, armatos a Charidemo accepisse quorum arma postea demum ipse occultaret. Quam sententiam ita sequor equidem, ut ne *κρυφαίας* uoce quidem deleta *καὶ ἔκρυψε τὰ ὅπλα* intacta relinquam, cum nec perspiciatur cur uiles hominum optime armatorum uestes dicantur nisi commemorata aliqua habitus commutatione nec græce dici uideatur *ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ* pro: *φαύλῃ ἐσθῆτι ἠμφιεσμένους*. Eo igitur adducor ut *ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ* sic cum eis quae sequuntur coniungam ut scribam: *καὶ ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ κρύψας τὰ ὅπλα*, *καὶ* illud ut saepe factum est in Aenea ex dittographia ratus esse natum. *κρύπτειν ἔν τινι* ut sit »aliqua re aliquid occultare» occurrit e. gr. XXIX 6: *ἀσπίδια ἐν τοῖς ἐρίοις καὶ ἀχύροις κεκρυμμένα*.

Iam de eis quae sequuntur: *μετ' ἄλλων γυναικῶν καὶ παιδαρίων καὶ τούτων ὡς αἰχμαλώτων*, quibus Hercherus hiare orationem arbitratus inserto post *αἰχμαλώτων* genetiuum *διεσκευασμένων* participio uel simili medelam adferri existimauit, etiamsi Sauppio obsequamur, qui nihil desideret, tamen de re restat scrupulus. Nec enim necessarium esse uidetur ut triginta fere uirorum numerus augeatur infinita mulierum et puerorum puellarumque multitudine,

quoniam, si muliebri uestitu opus fuisset, potuit etiam dux facinoris uiros muliebri uestire habitu; nec profecto est ex more urbis obsessae consumptis cibis (§ 4) introducere uel introduci sinere eos qui aut ætate aut ualetudine inutiles sint bello. Quocirca hæc uerba: *γυναικῶν* usque ad *αἰχμαλώτων* interpolatoris esse statuo qui, postquam *μετ' αὐτῶν* abiit in *μετ' ἄλλων*, hoc additamento rei narratae admirabilitatem auxerit. Eidem deinde deberi in aperto est quod postea occurrit *καὶ εἰς ἄλλας ξένας* (h. e. insolitas et barbaras!) *πράξεις ὁρμήσαντες*, inepte id quidem interpositum inter *τόν τε πυλωρὸν ἀποκτείναντες* et *καὶ τῶν πυλῶν ἐγκρατεῖς ὄντες* quae adparet nullo interuallo esse secernenda. Superest ut et *οἱ* articulum deleamus ante *εἰσελθόντες* participium et *καὶ* particulam ante *κατέλαβον* uocem. En igitur habes locum perpurgatum et uitiis interpolationibusque liberatum: *γενόμενος δ' ἔξω καὶ διαλεχθεὶς τῷ Χαριδήμῳ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ ξένους ὡς τριακοντα τεθωρακισμένους καὶ ἔχοντας ἐγχειρίδια καὶ περικεφαλαίας. ἀπήγαγέ τε οὖν αὐτοὺς ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ κρύψας τὰ ὅπλα καὶ ὁμοιώσας αἰχμαλώτοις καὶ* (*καὶ* inserui ego) *μετ' αὐτῶν*[1] *εἰσεπορεύετο ἀνοιχθεισῶν αὐτῷ τῶν πυλῶν διὰ τὸν ἵππον. ὅπου δὴ εὐθὺς εἰσελθόντες τοῦ* (*τοῦ* inseruit Hercherus) *ἔργου ἔσχοντο* (Sauppius pro *εἶχοντο*)· *τὸν δὲ* (ego pro *τε*) *πυλωρὸν ἀποκτείναντες καὶ τῶν πυλῶν ἐγκρατεῖς ὄντες*,[2] *ἐφ' ἃς εὐθύς, οὐ πόρρω ὄντος τοῦ Χαριδήμου, παρῆσαν τάξεις, κατέλαβον τὸ πόλισμα.*

Similia quidem sed etiam difficiliora sunt quae leguntur XXVIII 4 seqq.: *ὡς ἤδη γε καὶ ἡμέρας* (sic Gronouius pro *ἡμέραι* librorum) *πολλαὶ πράξεις ἀνοιχθεισῶν ἀμφοτέρων πυλῶν γεγόνασιν ἐπὶ τεχνασμάτων καὶ προφάσεων τοιῶνδε. ἐφ' ἑνὸς ἔργου πολλὰ παραπλησίως τούτῳ πραχθέντα. Πύθων μὲν ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνεθελόντων τηρήσας ἐπιμελῶς* (Sauppius pro *τελέως*) *τὸ ἡσυχαίτατον τῆς ἡμέρας, ἁμάξαις ἐκ παρασκευῆς πίθους εἰσαγούσαις κατέλαβε Κλαζομενὰς ἐν ταῖς πύλαις τῶν ἁμαξῶν καθ' ἃς ξένων προϋπαρχόντων κρυφαίως οὐ πόρρω τῆς πόλεως, τοὺς μὲν τῶν πολιτῶν λαθόντες τοὺς δὲ φθάσαντες τινὰς δὲ τῶν ἔσω συνεργοὺς ἔχοντες κατέσχον τὴν πόλιν.*

In priore enuntiato marginalem quandam notam quae sic fuerit scripta: *ἐφ' ἑνὸς ἔργου γνοίης ἂν παραπλησίως τούτῳ πραχθέντα*, in orationem male inrepsisse existimo. Nec enim quidquam profeceris si cum Casaubono uel ante uel

---

[1]) cf. XVIII 8: *μεθ' ὧν ἔμελλεν εἰσπορεύεσθαι.*

[2]) an *κρατήσαντες*? cf. tamen IV 9.

post hæc uerba quae extant in codice: *ἐφ' ἑνὸς — πραχθέντα* signum lacunae posueris: quando ex consuetudine Aeneae est, ut *τοιόσδε*, *ὅδε* pronomina uel *ὧδε* aduerbium, quibus exempla introduci solent, nullo alio interiecto enuntiato statim sequatur exemplum ipsum. VII 2 *ὧδε χρή· πρῶτον μέν*. X 1. X 3. X 16. X 18. X 26 *τοιόνδε ἐτέχνασαν· ἐν γὰρ*. XI 7. XIII 1. XVIII 4. XVIII 9. XVIII 12. XXII 7. XXII 9. XXIII 1. XXIII 7. XXIII 9. XXIV 14. XXIX 3 etc.[1]) Hæc si reputaueris mecum hæc uerba ex oratione remouebis: cui accedit ne uerum quidem esse subsistere scriptorem in uno exemplo adferendo (*ἐφ' ἑνὸς ἔργου*): duo enim sequuntur eiusdem generis facta.

In extremis deinde uerbis *τοὺς μὲν τῶν πολιτῶν λαθόντες τοὺς δὲ φθάσαντες, τινὰς δὲ τῶν ἔσω συνεργοὺς ἔχοντες κατέσχον τὴν πόλιν* offendit et molestissima eorum repetitio quae supra iam erant commemorata: *κατέλαβε Κλαζομενάς* et *τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνεθελόντων* — et quæsitum partitionis studium quod a uero Aenea est alienum. Tripertita autem hæc ciuium diuisio rhetorem sapere eundem uidetur quem diuisionibus delectari iam sæpius uidimus. Idem etiam *φθάσαι* et *λαθεῖν* uerbis componendis delectabatur. Quamquam in nullo horum exemplorum eo progressus est ut, quod hoc loco fecit, alteri uerbo alterum adderet obiectum: *τοὺς μὲν λαθόντες — τοὺς δὲ φθάσαντες*.

Reliqua est lubrica quæstio de his uerbis: *ἐν ταῖς πύλαις τῶν ἁμαξῶν καθ' ἃς ξένων προϋπαρχόντων οὐ πόρρω τῆς πόλεως*. Hercherus cum in adnotatione cum Casaubono de lacuna statuenda consentiret, hoc quoque recte suspicatus est, turbatum esse uerborum ordinem: pertinere enim *καθ' ἃς* ad *πύλαις* datiuum. Quod quam uere censeat uir ille doctus his uerbis confirmatur X 8 *καθ' ἃς πύλας* (quamquam ne hunc quidem locum integrum esse alio loco demonstrabo) XXVIII 4 *ἔτι δὲ μὴ τὰ πλοῖα κατ' αὐτὰς ὁρμίζεσθαι*. Conferas etiam exemplum de quo modo egimus XXIV 6: *καὶ τῶν πυλῶν ἐγκρατεῖς ὄντες, ἐφ' ἃς εὐθὺς παρῆσαν τάξεις*. Quocirca sic fere scripserim: (*μενουσῶν*) *τῶν ἁμαξῶν ἐν ταῖς πύλαις, καθ' ἃς ξένοι προϋπῆρχον κρυφαίως οὐ πόρρω τῆς πόλεως* »in quarum regione haud procul ab urbe mercennarii erant conlocati.« Semel enim *ξένοι* nominatiuo errore in *ξένων* genetiuum mutato conuerti etiam uerbum finitum in participium consentaneum erat: quo facto cum manca uideretur oratio, cetera supplendi causa addidisse interpolator

---

1) Qui locus obstare uidetur XXXV *αὐτὸν δὲ πῦρ σκευάζειν ἰσχυρὸν ὧδε, ὅπερ οὐ πάντη κατασβέννυται*, eum corruptum esse Hercherus uidit. Adparet relatiuum enuntiatum esse expungendum, additum illud explicationis causa ad *ἰσχυρὸν* adiectiuum.

putandus est, cum Aeneas hæc sola scripsisset: *ὡς ἤδη γε καὶ ἡμέρας πολλαὶ πράξεις ἀνοιχθεισῶν ἀμφοτέρων πυλῶν γεγόνασιν ἀπὸ* (Meinekius pro *ἐπὶ*) *τεχνασμάτων καὶ προφάσεων τοιῶνδε. Πύθων μὲν ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνεθελόντων τηρήσας ἐπιμελῶς τὸ ἡσυχαίτατον τῆς ἡμέρας ἁμάξαις ἐκ παρασκευῆς πίθους εἰσαγούσαις κατέλαβε Κλαζομενὰς* (*μενουσῶν*) *τῶν ἁμαξῶν ἐν ταῖς πύλαις καθ' ἃς ξένοι προϋπῆρχον οὐ πόρρω τῆς πόλεως. — ἐν πύλαις* cf. XXXIX 1 Arist. Ran. 1094.

III 6 *οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ἔς τε τοὺς προσήκοντας ἕκαστοι τόπους ἀφίκοιντο καὶ ἐγγυτάτω τῶν σφετέρων οἴκων εἶεν, διαπέμποιέν τε ἂν οἰκονομοῦντες πρὸς τοὺς κατ' οἶκον τέκνα καὶ γυναῖκας οὐ πρόσω αὐτῶν διατελοῦντες.*

Non sufficit cum Herchero *τέκνα καὶ γυναῖκας* uerba expungere, cum non solum superuacua sed etiam futilia sint omnia inde a *διαπέμποιέν τε* usque ad finem. Primum enim quid sibi uelit *οὐ πρόσω διατελοῦντες* post *ἐγγυτάτω τῶν σφετέρων οἴκων* nescio; deinde non solum ideo puto Aeneam suadere ut in suo quisque uico habeat stationem, ut domum mittere possit, sed ut si res ferat, ipse habeat suos uisendi facultatem. Omnem denique orationis æquabilitatem tolli multis his uerbis additis ad alterum membrum *καὶ ἐγγυτάτω τῶν σφετέρων οἴκων εἶεν* non est quod longius exponatur.

Qui locus tanto opere doctos homines exercitauit XI 10 *παραπλησίως δὲ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν τῷ Πόντῳ οὔσης δημοκρατίας καὶ ἐπιβουλευόντων τῶν πλουσίων τῷ δήμῳ καὶ μελλόντων ἐπιτίθεσθαι, προγνόντες οἱ προστάται τοῦ δήμου τὸ μέλλον, οὐσῶν αὐτοῖς τριῶν φυλῶν καὶ τεσσάρων ἑκατοστύων, ἔπεισαν τὸ πλῆθος ἑξήκοντα εἶναι* (*θεῖναι* Hercherus proposuit) *ἑκατοστύας, ἵνα ἐν ταύταις καὶ εἰς τὰς φυλακὰς παὶ εἰς τὰς ἄλλας λειτουργίας φοιτῶσιν οἱ πλούσιοι* — in eo loco turbae mihi uidentur esse ab interpolatore motae, qui ut statim dicam quod sentio de suo addiderit hæc *καὶ τεσσάρων ἑκατοστύων.* Siue enim cum Haasio Hercheroque *τεσσάρων* numerum in *τριάκοντα* mutaueris siue cum Kœchlyo *ἐν ἑκάστῃ* uoces inserueris ante *ἑκατοστύων* genetiuum, siue alia utaris emendatione ad numerum centuriarum augendum: nihilo tamen setius relinquetur scrupulus. Nam ut omittam uix posse intellegi, quo modo eadem multitudo in centurias (*ἑκατοστύας*), quarum nomen si non proprie at ex parte ad centenarium fere numerum pertineat, numero prorsus diuersas potuerit diuidi, in eo uidetur uerti cardo rerum, ut omissa antiqua illa tribuum diuisione, qua generatim et secundum familias nobilitatemque distributi fuerant, Heracleenses dicantur in militia saltem ita diuidi cœpti esse, ut nobiles diuitesque

una stipendia inde ab hoc tempore facerent cum infimo loco natis pauperibusque ciuibus. Tribuum ergo loco, quae diuisio ad genus spectarat, centurias illi plebis duces (*προστάται τοῦ δήμου*) instituisse mihi uidentur. Cuius rerum commutationis eadem fuerit uis atque Clistheneae qua quattuor Athenensium tribus conuersae erant in decem tribus ab illis prorsus diuersas. Cui sententiae confirmandae non incommode adhibebitur etiam hoc, quod ni multum fallor nusquam *ἑκατοστύες* partes *φυλῶν* fuisse dicuntur. Is uero qui hæc quae eliminanda esse diximus addidit, non intellegens, quomodo centuriae opponerentur tribubus, opponi uoluit magnum centuriarum numerum earundem quae ante fuisset paucitati.

XXIX 8 *νυκτὸς δὲ γενομένης καὶ ἀθροισθέντων τῶν ἐπιθησομένων ἕκαστος [ὃν ἔδει] τηρήσαντες τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μάλιστα οἰνωμένοι ἦσαν οἱ ἄλλοι [κατὰ τὴν πόλιν οἳ δὲ ἐν τῇ ἑορτῇ], πρῶτον μὲν φόρημα ἐλύθη, καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ ἡγεμὼν ἕτοιμος ἦν.*[1]) Quo loco cum Kœchlyus ut structuram restitueret *ἑκάστου — τηρήσαντος* ceteris seruatis scripsisset, recte monuit Hercherus et *κατὰ τὴν πόλιν οἳ δὲ ἐν τῇ ἑορτῇ* uerba interpolatori, quem uides hoc quoque loco ineptis delectari distinctionibus, tribuenda esse, et quae antecedunt *ὃν ἔδει* quippe quae stare non possent cum proximis: *ἐν ᾧ μάλιστα* et q. seqq. Verum enimuero hæc ita accipio ut aliquando longius progrediar; cum enim inepte dicatur pro se quisque tempus quoddam opportunum expectasse, quod omnium esset commune, *ἕκαστος* pronomen item expungo, ut *καὶ* particula transposita scribam: *νυκτὸς δὲ γενομένης ἀθροισθέντων τῶν ἐπιθησομένων καὶ τηρησάντων τὸν καιρόν.*[1])

In XXIX 4 uerbis his: *εἰσεκομίσθησαν θώρακες — ἐν κιβωτοῖς ὡς φορταγωγοῖς κατεσκευασμέναις, ὡς ἱματίων ἐνόντων καὶ ἄλλων ἀγωγίμων, ἅσπερ* (Hercherus pro *ἅπερ*) *οἱ ἐλλιμενισταὶ ἀνοίξαντες καὶ ἰδόντες ὡς ἱμάτια μόνον κατεσημήναντο* uerba *ὡς ἱμάτια μόνον* Hercherus expunxit quae nec iungi possent cum *ἰδόντες* nec cum *κατεσημήναντο*. Quodsi Herchero obtemperaueris fateor me desiderare quo significetur qui sit factum ut apertis cistis portus curatores deciperentur. Cui desiderio ut satisfiat, eiecto uno *ὡς*, quod ex illis *ὡς ἱματίων* huc translatum uidetur, *ἱμάτια μόνον* retineo, ut hæc emergat

---

[1]) In extremo enuntiato Meinekio et Herchero iure suspecta sunt *ἐξ αὐτοῦ ὁ ἡγεμὼν ἕτοιμος ἦν*. Quidni *ἦει* uel si mauis ut ante uocalem Atticam formam *ἦειν* scribamus? uide Cobet. Nou. lectt. p. 212 ff. De structura *εἶναι ἔκ τινος* conferas Lysi. I 22 *ἐξ ἀγροῦ ἰόντι*.

sententia; »cum cistas aperuissent et uestes tantum, quibus arma illa inuoluta uel tecta erant, uidissent.«

XXVI 3 *περιοδεύειν δὲ ἄνευ λαμπτῆρος, ἂν μὴ λίαν χειμὼν ᾖ καὶ σκότος, εἰ δὲ μὴ οὕτω, ὁ λαμπτὴρ φεγγέτω εἰς ὕψος μὲν μηδὲ* et q. seqq. Difficultati quae inest in *οὕτω* particula Meierus ita succurrere sibi uisus est ut aduerbium illud commate transposito ad ea quae sequuntur traheret, Hercherus *εἰ δὲ εἴη σκότος* scribendo, Sauppius p. 746 lenius quidem, at minus græce *εἰ δὲ εἴη οὕτω*. Contra ego *οὕτω* a sciolo adiectum esse censeo qui non intellegeret *εἰ δὲ μὴ* uoces nec ullo aut aduerbio aut uerbo addito a Græcis sæpissime adhiberi et post affirmatiuum et post negatiuum enuntiatum ut sit »sonst, widrigenfalls«. Hoc igitur loco *εἰ δὲ μὴ* significat »sin uero (propter tenebras) laterna uti sit necesse.«

II 2 *καὶ τούτοις προαποπληρώσαντες τάς τε εἰσβολὰς καὶ τὰς διόδους καὶ τὰ εὐρύχωρα τοῦ πολίσματος ἐκώλυσαν τοὺς εἰσβάλλειν ἐπιχειροῦντας εἰς αὐτὸ τὸ πόλισμα*. Inepte hoc pronomine distinguitur oppidum ipsum ab eis locis qui aditus transitus areae uacuae eius dicuntur. Quocirca aut *αὐτὸ* pronomen solum aut quod præferendum uidetur omnia hæc *εἰς αὐτὸ τὸ πόλισμα* delenda.

I 1 *πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ ἄστεος καὶ τῶν φυλάκων τὰς καταστάσεις καὶ περιοδείας, πρὸς ταῦτα τοὺς μερισμοὺς ποιητέον*. Hæreo in *καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ ἄστεος* uerbis. Siue enim *ἄστυ* idem est ac *πόλις*, nouam uocem non adhibiturum fuisse Aeneam pro certo habeo, cum potuisset aut *αὐτῆς* scribere aut *τῆς πόλεως* genetiuum ita conlocare, ut ad utramque et *μέγεθος* et *διάθεσιν* uocem pertinere quiuis uideret; siue, quae est Turicensium opinio, *ἄστυ* arcem (*ἀκρόπολιν*) significat, mirum est nec omnino in Aenea unquam arcem respici præter locos interpolatos XXII 19 XXIX init., nec *ἄστυ* uocem toto libro inueniri, nec denique in aliis scriptoribus hoc usurpari sensu. Nullus igitur dubito quin hæc uerba *καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ ἄστεως* ab eodem sint amplificandi causa adiecta, qui ne in proœmio quidem § 1 sibi temperare potuit quin de suo daret illud *καὶ πατρὶς*, quod eiciendum esse Hercherus uidit.

XX, 1 *εἰς δὲ τὸ τούτων μηδὲν κακουργεῖσθαι· χρὴ πρῶτον μὲν τὸν στρατηγὸν μὴ δεδειπνηκότα δι' αὐτοῦ τὴν κλεῖσιν ποιεῖσθαι μηδὲ ἄλλῳ πιστεύειν ῥᾳθύμως διακείμενον. μὴ δεδειπνηκότα* uerba interpolatori attribuo, qui cum Aeneas exposuerit XXVI 2 melius esse *ἀδείπνους* circuire uigiles *τυγχάνουσι γὰρ οἱ τὴν πρώτην προφυλάσσοντες ἀπὸ δείπνου ὄντες ῥᾳθυμότεροί τε*

καὶ ἀκολαστέρως διακείμενοι eandem cautionem etiam imperatori commendandam ridicule putauerit.

XXII 1 *νυκτοφυλακεῖν ἐν μὲν τοῖς κινδύνοις προσκαθημένων ἤδη ἐγγὺς τῶν πολεμίων τῇ πόλει ἢ στρατοπέδῳ ὧδε.* In proximis uerbis commemorantur *ἀρχεῖα* et *ἀγορὰ* et *τόπος τῆς πόλεως ἐρυμνότατος* unde adparet non de castris sed de oppidis solis sermonem esse. Quare deleam *ἢ στρατοπέδῳ* uerba. Alia res est XXVII 1 ubi recte se habet hæc distinctio cf. XXVII 11.

X 16 cum in Mediceo legeretur *ἐπὶ δὲ μονάρχῳ ἢ στρατηγῷ ἢ φυγάδι δυναστεύοντι χρὴ καὶ τάδε προκηρύττεσθαι*, Kirchhoffius *ἢ* quod ante *φυγάδι* est eiecit; Herchero etiam *δυναστεύοντι* expungendum uisum est. Mihi uero totum hoc *μονάρχῳ ἢ στρατηγῷ* et hoc loco et § 17 interpolationis causa ab alio adiectum uidetur, cum nec *μόναρχος* uox apud Græcos bonae ætatis ni multum fallor inueniatur nisi ubi agitur de reipublicae forma, ubi dominatio unius hominis opponitur populi imperio, nec uero alibi adhibita sit ab Aenea; qui si tale quid addere uoluisset, potius scripsisset *βασιλεῖ* uel *τυράννῳ*. — Ceterum primus uidit Sauppius similem huic loco inesse sententiam eius quae in § 5 legitur: *ἐὰν δὲ ὧσι φυγάδες, ἐπικηρύσσειν, ὃς ἂν ἀστῶν ἢ δούλων ἀποκινῇ, ἃ ἑκάστῳ τούτων ἔσται*, rectissime is quidem *ἀποκινῇ* corruptum uocabulum in *ἀποκτείνῃ* mutans ex § 16 his uerbis: *ἐὰν δέ τις καὶ αὐτὸς πάθῃ ὁ ἀποκτείνας*. Iam uides in § 16 orationem a Kœchlyo et Herchero lacunosam haberi; attendas deinde de præmiis publice proponendis non esse locutum Aeneam ante § 15 *καὶ ὃς ἂν καταμηνύσῃ* et q. seqq., ut uix suo loco § 5 uerba illa quae laudaui posita esse dici possint. Quibus rationibus eo equidem adducor ut statuam ea e § 16 initio, ubi olim scripta fuissent, errore excidisse, tum incerto loco in margine adpicta ab alio librario coniectura procliui ante § 6 *καὶ ἐάν τίς τινι τῶν φυγάδων συγγένηται*, ubi item fugitiuorum mentio esset facta, conlocata esse. Quae si suo loco reposueris gradationem etiam intelleges, quam *καὶ* particula in *καὶ τάδε προκηρύττεσθαι* significauit scriptor, quamque esse uoluit inter *τοὺς φυγάδας* et *φυγάδα δυναστεύοντα* unum aliquem eorum, item inter præmia ad illorum et ad huius necem proposita. Nil superest nisi ut *δὲ* expungamus in *ἐὰν δέ τι* uerbis. Sic igitur scribo § 16: *ἐὰν δὲ ὧσι φυγάδες, ἐπικηρύσσειν, ὃς ἂν ἀστῶν ἢ ξένων ἢ δούλων ἀποκτείνῃ, ἃ ἑκάστῳ τούτων ἔσται. ἐπὶ δὲ φυγάδι δυναστεύοντι χρὴ καὶ τάδε προκηρύττεσθαι· ἐάν τι αὐτὸς πάθῃ ὁ ἀποκτείνας, τοῖς τέκνοις αὐτοῦ ἀποδίδοσθαι τὸ ἀναγγελθὲν ἀργύριον* et q. seqq.

Accurate instituto examine omnium locorum, in quibus agitur de circitoribus et custodibus, h. e. de *περιόδοις* et *προφύλαξιν*, eo etiam perueni, ut XXII 10 *καὶ οὕτω πολλοί τε ἅμα περιοδεύσουσι — πυκνὰ ἄλλων προφυλάκων παρ' ἄλλοις γιγνομένων φύλαξι* pro interpolatis haberem. Qui enim hæc uerba scripsit, is *προφύλακας* et *περιόδους* eosdem esse statuit, id quod apertissime refutatur his locis XXIV 19 XXVI 2 XXVI 6 XXVI 13 atque etiam hoc capite ipso. Immotos enim stare *τοὺς προφύλακας* (Schildwachen) ante stationem euincitur etiam uerbis § 11; *τοὺς δὲ προφυλάσσοντας ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις ἑστάναι*, cum circumeant *περίοδοι* (quos nos Patrouillen adpellamus.) Turbas fortasse mouit quod, cum *προφύλαξ* unus sit *τῶν φυλάκων*, etiam minus accurate simpliciter *φύλαξ* adpellatur quibusdam locis, e. gr. XXIV 16.

XXXVI 2 Post *ὅταν δὲ προσίῃ ἡ κλῖμαξ πρὸς τὴν θύραν, ἐξ ἀνάγκης ὑπαχθείσης τῆς θύρας ἡ κλῖμαξ πίπτει* scriptum est *σφονδύλου προϋποτιθεμένου οὐδὲ προσταθῆναι δυνήσεται*; quae Kœchlyus transpositione emendare uoluit, *σφονδύλου προϋποτιθεμένου* conlocans ante *ἡ κλῖμαξ* uerba. Hercherus de emendatione desperabat. Omnia autem hæc inde a *σφονδύλου* uerbo ex marginali nota exorta esse arbitror, in qua cum *σφόνδυλος* eadem uice fungi uideatur, qua fungitur apud Aeneam *ἡ θύρα*, nescio an in priori dissertationis parte hoc exemplum potius ponere debuerim; scriptor enim, quod ex *οὐδὲ προστεθῆναι* (sic enim recte emendauit Kœchlyus) concludo, Aeneae rationi etiam simpliciorem uidetur opponere uoluisse.

XXXVII 5 *χρὴ δὲ γνωρίσαντα καθ' ὅν τινα τόπον ὑπορύσσουσιν, ἀνθυπορύσσειν καὶ ἀντιοῦσθαι καὶ ἐμπιπράναι ἐν τῷ ὀρύγματι μαχόμενον.* Dedi priorem partem, de cuius sententia dubitari non posset, ex Hercheri emendatione. Postquam Aeneas exposuit esse hostium cuniculis obuiam eundum cuniculis aliis, atque demonstrauit, quae si hostibus in terra occurrerent essent agenda, postremo cauendum esse dicit ne cuniculum agant obsessi nisi explorata hostium cuniculi regione. Quae ut sententia efficiatur, ante *ἀνθυπορύσσειν* uerbum *εἶτα* uel *οὕτως* inserendum propono. Quod maius est, quae sequuntur *καὶ ἀντιοῦσθαι — μαχόμενον* inepte addita sunt sunt ex accurata quae praecedit totius rationis descriptione, inprimis ex § 3 *καὶ τὸν φορυτὸν ἐμπρῆσαι.*

III.

Iam si omnia illa, quae interpolationi deberi demonstrauimus, ex oratione remoueris, quae relinquuntur, Aeneam ostendunt non quidem magnum imperatorem, qui ad disciplinam militarem natus fuerit promouendam, sed qui in

angustiore illa militia, quae ante Macedonum regnum in Græcia erat, satis uersatus hanc leuiorem bellicam artem simplici oratione docere uoluerit atque nouis quibusdam inuentis subtiliorem reddere. Quod nouandi studium cum inuenitur in eo fragmento, quod Polybius XLIV 1 nobis seruauit de arte quam nostrates telegraphicam dicunt emendanda, tum in hoc libello ipso eis in partibus in quibus agitur de epistulis secreto mittendis et portis per dolum hostibus aperiendis. His omnibus de rebus complura ab Aenea ipso aut primo in medium prolata aut inuenta esse adparet: ostendunt ea hominem rerum mechanicarum et studiosum neque imperitum, ostendunt denique animum et ad dolos alienos audiendos et ad inueniendos paratum ac propensum. Voluptatem autem, quam ipse percepit ex his rebus, communicare uolebat Aeneas cum iis qui scripta sua lecturi essent. Vnde factum ut quam plurimis exemplis historicis, haustis illis aut ex scriptoribus (Herodoto Thucydide aliis) aut ex auditionibus, illustraret præcepta. Iam si omittas omnia exempla, quae oppidi de quo agitur nomine careant, relinquuntur plus triginta, in quibus nomen additum sit urbis alicuius uel regionis. His uero exemplis multo magis quam præceptis abstinuisse uidetur interpolatio nisi quod hæc quoque amplificationis gratia uel explicationis minoribus additamentis suis illustrauit: quod quam sæpe acciderit et ex Hercheri editione et ex exemplis a nobis adlatis uidere licet. Rarius autem eo esse progressam interpolatorum audaciam, ut totas narrationes fingerent, per se consentaneum est. Quamquam hoc quoque factum est duobus locis, si me audias. Cum enim ceterae narrationes omnes nihil habeant in quo admireris, nihil quod fieri potuisse negaueris, nihil quod indignum sit sobrio scriptore, hæc non cadunt in narrationem de Teo urbe ab Temeno Rhodio capta quae extat XVIII 13—19. Quae narratiuncula, si leuiter perlegeris, haud iniucunda tibi uidebitur, sin penitus inspexeris, inepta; quamquam concedo loquendi genus ipsum mihi non in suspicionem uenturum fuisse, cum quae displiceant librariorum culpa commissa uideantur. Velut plane corrupta sunt uerba § 19 hæce: *ᾐσθάνοντο οὖν ἐν τῇ νυκτὶ τὸ σπάρτον ὑπάρχον ἐν τῇ πόλει οὐχ οἷόν τε ἦν προϊέναι* quae sic fortasse restituenda: *αἰσθομένῳ οὖν ἐν τῇ νυκτὶ τῷ σπάρτῳ ὑπάρχοντα τὸν μαλλὸν οἷόν τε ἦν προϊέναι.* Quidquid enim in initio narrationis legitur § 13 pro uerbis deprauatis: *συμβάλλεται γίνεσθαι Τημένῳ Ῥοδίῳ ἐν Ἰωνίᾳ Τέως πόλις εὐμεγέθης προειδότος ὑπὸ τοῦ πυλωροῦ* (conieci equidem *συμβόλῳ λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Τημένῳ — προδιδόντος τοῦ πυλωροῦ*), hoc mihi uidetur certum esse, Temenum narrari Teum urbem Ioniae adiuuante portarum custode reuera dolo cepisse: ut non potuerit

§ 19 in fine inceptum irritum fuisse dici; quare *οὐχ* illud ante *οἷόν τε* delendum esse censeo. [1]) Summa autem ipsius rei hæc est. Vnus ex Temeni militibus cum funiculum extremum portae urbis antequam clauderetur custode portae conscio adligauisset, quinque stadia ab urbe retrocedens funiculique glomus euoluens in locum aliquem se contulit, quo Temenus cum militum numero uenire uellet. Iam inter Temenum et proditorem conuenerat, ut hic, cum ille funem traxisset, dimitteret eum flocco lanae adligato, si paratus esset ad hostes portis recipiendos, dimitteret autem lana non addita, si non esset paratus. Ineptissimam uero hanc esse de flocco adligato funi fabulam concedet mihi quicunque secum cogitauerit non potuisse fieri quin funiculus, qui per quinque stadia ex longinquo traheretur, solo, arboribus saxis impeditus atque implicatus omnem lanam suam amitteret: ut floccus a nemine sano posset signum constitui. Cui accedit quod funem extremum corpori suo ianuae custos noctu (*χρόνου προϊόντος*) adligasse ridicule dicitur § 17 *ἵν', εἰ καθυπνώσας τύχοι, ἐγερθείη σπώμενος ὑπὸ τοῦ λίνου* quasi, cui munus etiam aliis noctibus esset uigilandi, tum inprimis esset periculum ne somno opprimeretur, cum præmio proposito patriam esset proditurus. Hoc denique suspiciosum, quod, cum in exemplis eis quae antecedunt aliis alio modo portae per dolum apertae esse dicantur, in hac narratione (§ 16) id plane item factum esse narratur atque in § 5 cf. § 9.

§ 5.

ἤδη δὲ πυλωρὸς δεξάμενος τὴν βάλανον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ ἐμβαλεῖν, ἐντεμὼν λάθρᾳ σμίλῃ ἢ ῥίνῃ τὴν βάλανον, βρόχον λίνου περιβαλὼν ἐνέβαλεν, εἶτα μετ' ὀλίγον τῷ λίνῳ ἀνέσπασεν.

§ 16.

. . καὶ ἔδωκε κατὰ τὸ ἔθος (ὁ στρατηγὸς) τῷ πυλωρῷ ἐμβαλεῖν τὴν βάλανον, δεξάμενος ἐνέτεμεν λαθραίως ἀψοφητὶ ῥίνῃ ἢ σμίλῃ τὴν βάλανον, ὥστε ἐνέχεσθαι λίνον, εἶτα βρόχον περιθεὶς καθῆκε τὴν βάλανον ἐχομένην ὑπὸ τοῦ λίνου . . . . . χρόνου δὲ πρϊόντος ἀνασπάσας τὴν βάλανον.

In quibus inprimis animaduertendum illud *ῥίνῃ ἢ σμίλῃ*, quod cum aptum fuerit in § 5, hoc loco in certa quadam narratione mirationem habet. Iam cum in § 21 (uide quae pag. 16 diximus) certissima interpolationis uestigia deprehenderimus, haud abest suspicio, quin omnia quae a § 13 usque ad 21

[1]) Confer etiam § 16, in qua omnia feliciter cessisse proditori dicuntur.

leguntur interpolatori sint attribuenda. Neque alienum erit monere etiam XXVI 9 interpolatorem de somno excutiendo sollicitum fuisse ut in nostra § 18, eundem etiam delectari φθάσαι et λαθεῖν uerborum coniunctione. Iam uide § 19: ὥστε τὸν Τήμενον ἐκ πολλοῦ φθάσαι τε καὶ λαθεῖν ἀπαλλαγέντα: quaesitum profecto loquendi genus cum hoc tantum dici debuerit: »ut Temenus iam ex longinquo cognosceret hac nocte rem geri non posse et in castra rediret.« Neque enim est cur uehementer sibi timuisse dicatur Temenus, ne se recipiens ab oppidanis opprimeretur.

Ex reliquis autem narrationibus quae urbis nomine carent item una mihi suspecta est ne hæc quidem ineleganter scripta. XXIII 7—11 magistratus urbem aliquam ita prodidisse dicuntur, ut falso rumore de prædantium incursione diuulgato ciuibus ut agris suis succurrerent persuaderent. Quibus in tribus latebris dispositis ipsi cum consciis (§ 10 λαβόντες σώματα αὐτοῖς συνίστορα τῆς πράξεως) quasi speculandi causa et hostes in latebras adducendi ad eum locum profecti sunt ubi mercennarios clam mari aduectos conuenirent. Eos autem postquam aliis uiis in urbem adduxerunt, ciuium in latebris dispositorum quos uolebant exilio damnauerunt, ipsi rerum potiti.

Quam narrationem, etiam si Aeneas scripsisset, hoc in capite locum omnino non habere, spero fore ut omnes mihi concedant: agitur enim in capite XXIII de eruptionibus noctu et clam faciendis in hostes, quorum castra posita sint iuxta mœnia (§ 1 προσκαθημένοις). Quae eruptiones uocantur ἐπέξοδοι § 1, cf. ἐπεξελθεῖν 3, 4, 5: in nostro uero exemplo βοήθεια narratur eaque simulata in hostes qui in agros incurrerint: § 8 εἰς βοήθειαν bis, § 10: τοῖς ἐμβεβληκόσι πολεμίοις; ita ut potius aut ad caput XV uel XVI aut etiam ad caput XI hæc pertineant, in quo »ῥηθήσονται ἐξῆς αἱ ἐπιβουλαὶ — ὅσαι κατὰ πόλιν ἐξ ἀρχόντων ἢ ἰδιωτῶν γεγόνασι:« nec poterat profecto mendacium de hostibus urbem obsidentibus diuulgari, cum posset diuulgari de incurrentibus. Hostes autem hic nulli omnino sunt nec obsidentes nec inrumpentes. Quodsi deinde agnosco narrationem eleganter quodammodo procedere, ipsa in illa offendo elegantia et omnis periculi absentia, qua magistratus illi proditores dolum suum exequuntur, nec puto omnino fieri potuisse, ut et sine ducibus tam diu securæ in latebris suis expectarent tres illae ciuium manus, quid esset futurum, et postea dolo comperto ciues illi qui armati essent (σὺν ὅπλοις) tam patienter se urbe expelli sinerent. Quibus tertio loco accedit, quod facili negotio in hoc βοηθείας auctore eundem deprehendimus qui cap. XVI locum de βοηθείαις eloquentia sua exornauit: eadem enim adparet diuidendi subtilitas cum quadripertito ciues incedentes faciat cf. XVI 7, eadem insidiarum cura cf. § 10: ἵνα

δῆθεν προσαγάγοιεν τοὺς πολεμίους εἰς τὰς ἐνέδρας ὡς ὑποφεύγοντες cf. XVI 10: διώκοντας μὴ ἐπικαταλαμβάνειν, idem studium ex mari auxilii quærendi cf. § 11 cum XVI 13, nec mirabimur denique § 11 rursus inueniri ἔφθασαν καὶ ἔλαθον, quamquam hoc loco haud inepte positum.

Eo igitur adducimur ut eidem rhetori qui cap. IX et capitis XVI maiorem partem scripsit, tribuamus etiam hæc duo exempla longiora et uerborum ornatu haud improbanda, quae inueniuntur XVIII 13—19, XXIII 7—11, neque abest suspicio quin ab eodem sint profectae etiam leuiores quaedam interpolationes, eae inprimis, in quibus aut antitheseon studium deprehenditur ut in XII 4 XV fin. aut mira uel iucunda lectu narrandi ut XXIX 7 XL 1 XXVI 9 al.

IV.

Iam ne quis putet me sic emendare uelle Aeneam, ut omnia uel fere omnia sub marginem relegem, appendicis loco breuiter emendationes aliquas proponam præter illa exempla quae in transcursu supra commemoraui.

I 8 τοὺς μὲν εἰς τὴν ἀγοράν, τοὺς δὲ εἰς τὸ θέατρον, τοὺς δὲ ἄλλους εἰς τὰς οὔσας ἐν τῇ πόλει εὐρυχωρίας. Feci εἰς ἄλλας οὔσ. ἐν τ. π. εὐρ. Theatrum enim et forum et ipsa εὐρυχωρίαι sunt Aeneae: III 5 χρὴ δὲ τὰς ἐγγυτάτω ῥύμας τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἀγορὰν ἄγειν τοὺς ῥυμάρχας, τοῦ δὲ θεάτρου τὰς ἐγγυτάτω ῥύμας εἰς τὸ θέατρον, εἵς τε τὰς ἄλλας ἑκάστου ἐγγυτάτω (Sauppius pro Medicei lectione ἕκαστον ἐγγύτατα) εὐρυχωρίας ἀθροίζεσθαι τοὺς ῥυμάρχας et q. seqq. XXII 4: ἔπειτα τούς τε ἐπὶ τῷ τείχει φύλακας καὶ τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀρχείων καὶ τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβολῶν καὶ τοῦ θεάτρου καὶ τῶν ἄλλων κατεχομένων χωρίων. De locutione οἳ μὲν — οἳ δέ, οἳ δὲ ἄλλοι εἰς ἄλλας conferas XXIX 10: οἳ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ πύργους ὥρμησαν. —, οἳ δὲ ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα καὶ τὰς ἐναντίας οἰκίας, οἱ δὲ ἄλλοι ἄλλων τόπων εἶχοντο. Sic autem si hoc loco scripseris: εἰς ἄλλας, minus molestum fiet additum illud οὔσας ἐν τῇ πόλει.

IV 5 προνοοῦντα (Hercherus; Mediceus πολεμοῦντα) οὖν χρή, ἐγγὺς ὄντων τῶν πολεμίων, πρῶτον μὲν τὰ ἀποστελλόμενα ἐκ τῆς πόλεως κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν ἐπί τινα πρᾶξιν πρὸς τοὺς ὑπομένοντας μετὰ συσσήμων ἀποστέλλειν (sic Hercherus pro Med. ἀποστέλλεσθαι) καὶ ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν, ἵνα μὴ ἀγνοῶσι πολεμίων αὐτοῖς ἐπιφαινομένων εἰ φίλιοι ἢ πολέμιοι εἰσίν. Cui loco difficillimo sic succurrere sibi uisus est Hercherus, ut πρὸς τοὺς ὑπομένοντας uerba satis audacter deleret, post ἵνα coniunctionem insereret

οἱ ὑπομένοντες. Ego uero in priore enuntiato συγκειμένων participium excidisse ratus sic scribo ἐπί τινα πρᾶξιν μετὰ συσσήμων πρὸς τοὺς ὑπομένοντας συγκειμένων. Cum enim συσσήμων et συγκειμένων uocum similitudo turbam mouisset excidissetque πρὸς τοὺς ὑπομένοντας συγκειμένων, facile fieri potuit ut hæc non satis perspicue in marginem scriberentur, unde πρὸς τοὺς ὑπομένοντας sola in orationem ipsam remigrarent.

VI 6 ἄριστον δὲ ἱππασίμων ὄντων τόπων καὶ ὑπαρχόντων ἵππων ἱππέας συνιμείρειν, ἵνα διὰ τῶνδε θᾶσσον ἀγγέλληται. Scripserat Casaubonus συνείρειν, quod recte reiecit Hercherus ipse συνεργεῖν scribens; uestigia autem Medicei eo ducere mihi uidentur ut σύσσιμα αἴρειν h. e. σύσσημα αἴρειν ab Aenea scriptum fuisse coniciam. Sic etiam § 7 σύσσιμα in Mediceo et Casauboni codice extat. Suadet igitur si fieri potest Aeneas ut ἡμεροσκόποι, quorum munus est σημαίνειν uel σύσσημα αἴρειν (cf. § 4: διαδεκτῆρας εἶναι τῶν αἰρομένων συσσήμων, § 7 σύσσημα αἴρειν ἐνίοτε), ipsi sint equitandi periti: Plane eadem ratione iusserat §: 5 εἶναι δὲ τοὺς ἡμεροσκόπους καὶ ποδώκεις, nec solum ποδώκεις ἄνδρας συνεργεῖν τοῖς ἡμεροσκόποις. Cf. etiam XXVI 3: ἐν ἱπποτροφούσῃ δὲ πόλει καὶ ἱππασίμῳ χειμῶνος ἱππεῦσι περιοδεύειν.

X 8 ἐκπλεῖν μηδένα ἀστῶν μηδὲ μέτοικον ἄνευ συμβόλου, τά τε πλοῖα ὁρμίζεσθαι καθ' ἃς πύλας ἐν (ἐν uidetur deesse in Mediceo; addiderunt autem Kœchlyus et Hercherus in addendis) τοῖς ἐχομένοις ῥηθήσεται. A nemine dum quaesitum esse uidetur ad quae uerba ab Aenea hoc loco ablegemur. Quodsi interpretes uidissent spectare illud ἐν τοῖς ἐχομένοις ad XXVIII 4 τὸ δ' ὅλον μὴ ἀνοίγεσθαι πρὸ τὰς πύλας ἀπροσκέπτως ἀλλ' ὀψιαίτερον ..., ἔτι τε μηδὲ πλοῖα κατ' αὐτὰς ὁρμίζεσθαι ἀλλ' ἀπωτέρω, mecum opinor scripsissent hoc loco: τά τε πλοῖα μὴ ὁρμίζεσθαι κατὰ τὰς πύλας, ὡς ἐν τοῖς ἐχομένοις ῥηθήσεται. Nisi forte mauis illa τοῖς ἐχομένοις ῥηθήσεται pro marginali nota habere.

XI 15: τῶν δ' ἄλλων ἀγνοούντων τὸ πρᾶγμα καὶ εἰς ἐκκλησίαν παρακληθέντων · συνελαμβάνοντο οἱ προστάται τοῦ δήμου, ὡς τῆς ἐπαναστάσεως γενομένης ἐξ αὐτῶν, καὶ τὰ ἄλλα μεθίστασαν πρὸς τὸ συμφέρον αὐτοῖς. Enuntiati quod præcedit cum subiectum sit οἱ ἐπιβουλεύοντες h. e. optimates Corcyræi, qui nouis rebus studebant, prioris partis huius de quo agitur enuntiati subiectum est οἱ προστάται τοῦ δήμου; alterius autem quod sequitur uerbi μεθίστασαν denuo οἱ ἐπιβουλεύοντες. Subiecti autem mutandi neque ulla causa est et displicet passiuum συνελαμβάνοντο non addito ὑπ' ἐκείνων quod iure expectaueris. Scribendum ergo duco συνελάμβανον τοὺς (pro το οι codicis) προστάτας τοῦ δήμου.

XIII 2 *τὸν δὲ μισθὸν καὶ τὴν τροφὴν οἱ ξένοι παρὰ τῶν μισθωσαμένων λαμβανόντων, τὸ μέν τι παρ' αὐτῶν τὸ δὲ καὶ τῆς πόλεως συμβαλλομένης.* Cum viam mihi monstrasset Hercherus qui inter alia coniecerat *τὸ μέν τι αὐτῶν χορηγούντων* uel *παρεχόντων*, edidi *τὸ μέν τι παρεχόντων αὐτῶν.*

XIV 1 *τὸ δὲ πλῆθος τῶν πολιτῶν εἰς ὁμόνοιαν τέως μάλιστα χρὴ προάγειν.* In quibus cum *τέως* displiceret, *ὡς μάλιστα* scripsi.

XV 4: *ἔπειτα ἄλλο καὶ ἄλλο πλῆθος οὕτως ἐκπέμπειν. Οὕτως* illud cum intellegi non posset, eiectum est ab Herchero. Ego feci *τούτοις ἐπιπέμπειν* h. e. eis qui primi profecti erant.

XX 3 *ἄριστον δὲ τὴν βάλανον μὴ ἐξαιρετὴν εἶναι, ὑπὸ δὲ λοπίδος σιδηρᾶς κατέχεσθαι ἵνα μὴ πλέον ἐξαιρομένη μετεωρίζηται τῷ καρκίνῳ ἢ ὥστε τῷ* (*τῷ* add. Sauppius) *μοχλῷ ὑποθεῖσθαι ἐπικλειομένων τῶν πυλῶν καὶ ἀνοιγομένων, τὸν δὲ καρκίνον ἐσκευάσθαι ὅπως* et q. seqq. Certum mihi esse uidetur quod Sauppius dubitanter pag. 774 proposuit: *ὑποκεῖσθαι* pro corrupto *ὑποθεῖσθαι*, ut sit: ne sublimius attollatur pessulus per cancrum, quam ut si portae claudantur obici sit suppositus (fig. A.) Infra enim nisi emineat pessulus ex obice porta non poterit clausa esse. Aliter autem sese habere si porta aperiatur consentaneum est: tum enim necesse pessulus ita eleuetur ut inferior pars eius non emineat ex obice. Quod cum fieri possit aut ita ut pessuli superior pars supra emineat, inferior autem pars non attingat inferiorem obicis marginem (fig. B)

fig. A

porta clauditur



fig. B

porta aperitur



aut ita ut margines pessuli obicis margines exaequent

fig. C



a *obex*; b *pessulus*; c *murus*; d *ferrea tabella* (*λοπίς*).

hoc alterum ut solum fieri possit neue pessulus supra emineat ubi aperiatur porta, cauetur superiniecta ferrea illa lamina uel tabella quae λοπίς appellatur. Inde efficitur certa ratiocinatione hoc loco uerbum exaequandi excidisse post ἀνοιγομένων: h. e. ἀρμόττειν. Vide XXXVI 1 ἐὰν δὲ ἁρμόττῃ τῷ τείχει ἡ κλῖμαξ, ubi ὑπερέχειν notioni hoc uerbum opponitur.

XX 4 οὕτω μεγάλα τε καὶ σεσιδηρωμένα πάντα κλεῖθρα. Hercherus πάντα uocem expunxit; ego πάντῃ scribo; cf § 2 ubi σεσιδηρῶσθαι διὰ μήκους τριχῇ ἢ τετραχῇ, quod διὰ μήκους uel ut scribi uult διὰ μήκους ὅλου recte Sauppius ab Herchero defendit pag. 744. πάντῃ et πάντα confusa uides in codice etiam XXII 11.

XXII 15 τῇδε φύλακας καθιστάναι τοὺς τὰ πλεῖστα κεκτημένους καὶ ἐντιμοτάτους τε καὶ τῶν μεγίστων μετέχοντας ἐν (ἐν adiecit Hertlinus) τῇ πόλει. μάλιστα γὰρ ἂν αὐτοῖς προσήκοι μὴ πρὸς ἡδονὰς τραπέσθαι ἀλλὰ μεμνημένους ἂν προσέχειν· ἐν (ἐν adiecit Haasius) δὲ ταῖς πανδήμοις ἑορταῖς χρὴ τῶν κατὰ πόλιν φυλάκων ὅσοι ἂν ὦσι (ὅσοι ἀν ὦσι Hercherus; ὅσοι ἐν σώμασι codex) μάλιστα ὕποπτοι τοῖς αὑτῶν καὶ ἄπιστοι ἀφίεσθαι ἀπὸ τῶν φυλακείων κατ' οἰκίας ἑορτάζειν. In his cum et Hercherus intellexerit manca esse uerba § 15: ἀλλὰ μεμνημένους ἂν προσέχειν et Sauppius τοῖς αὑτῶν in § 16 male se habere, utrique spero satisfactum iri si τοῖς αὑτῶν in § 15 transposuero, ut scribam: ἀλλὰ μεμνημένους τοῖς αὑτῶν προσέχειν, uel si malis νοῦν προσέχειν.

XXII 25: πρὸς κλεψύδραν χρὴ φυλάσσειν ταύτην δὲ συμβάλλειν διαδοχῇ μέριδος. Sic codex. Kœchlyus scripsit: ταύτης δὲ συμβάλλειν εἰς διαδοχὴν τὰς μερίδας. Quae cum intellegere sese negaret Hercherus in minore editione hæc periclitatus est: ταύτην δὲ μεταβάλλειν διὰ δέχ' ἡμερῶν quod uelim ab eo esse explicatum, nihil ut dicam de audacia mutationis. Nam si intellegi uult clepsydram aquam suam per decem dies seruasse, ingentis profecto magnitudinis ei fuisse uidetur. Ego scribendum duco: ταύτην δὲ συμβάλλειν διαδοχῇ μιᾶς μερίδος: »congruere clepsydram debere cum uice unius partis militum« (μερίδος uocem ita adhiberi notissimum est). Clepsydrae igitur magnitudo singulis uigiliis respondebat, ut, si tres essent uigiliae, ter fuerit aqua in eam infundenda. Sic fere etiam Gronouius locum uidetur intellexisse.

XXII 24 μηδ' ἐργάζεσθαι μηδένα δημιουργὸν ἢ χειροτέχνην ἵνα μὴ ψόφοι ἀπό τινων γίγνωνται τοῖς φύλαξιν. Scripsit Hercherus ἀπ' αὐτῶν quod et ipsum languidum mihi uidetur. Conieci ego ψόφοι ἀπατηλοὶ »falscher Allarm.«

XXIV 16: ὁ μὲν τὸ πρῶτον ἐρωτηθείς. Scripserat Hertlinus ὁ μέν πρῶτος. Quidni ὁ μὲν πρότερος? Agitur enim de circitore et custode.

XXIV 19: *τὰ δὲ συνθήματα ἐρωτᾶσθαι κοινῶς τοῖς τε περιοδεύουσι καὶ προφύλαξιν· οὐδὲν γὰρ προσήκει τὸν ἕτερον ἐρωτᾶν.* In *κοινῶς* uoce cum offendam, *κοινὸν ἔστω* propono.

XXVIII 1 *προνοεῖσθαι δὲ καὶ τάδε ἐν φόβῳ οὔσης πόλεως.* Post *οὔσης* insero *τῆς* articulum constantem usum Aeneae secutus.

XXXI 2 *ἐν τούτῳ δὲ ἐγέγραπτο* (*ἐγέγραπτο* Hertlinus pro *γέγραπται*) *ἡ ἐπιστολὴ ἐπιστιζομένων γραμμάτων ἢ δευτέρου ἢ τρίτου.* Ad quae Hercherus adnotauit: »Aeneae oratio et truncata et adulterata esse uidetur. Certe *ἢ δευτέρου ἢ τρίτου* cum *ἐπιστιζομένων γραμμάτων* coniungi nequit.« Aperte manca est oratio; quae quomodo restituenda sit, discas ex eis quae sequuntur *ἐφεξῆς τὰ ἐκ τοῦ πρώτου στίχου καὶ δευτέρου καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως.* Nullus igitur dubito quin post *γραμμάτων* inserendum sit: *τοῦ πρώτου στίχου.*

XXXI 18 *ἐὰν θέλῃς AINEIAN δηλοῦν τῇ διέρσει τοῦ λίνου, ἀρξάμενος ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀστραγάλου, ἐν ᾗ τὸ ἄλφα ἐστί, παρελθὼν τὰ ἐχόμενα τούτου γράμματα, ὅταν ἔλθῃς εἰς τὴν πλευράν, οὗ τὸ ἰῶτά ἐστι, δίειρον πάλιν, παρεὶς δὲ τούτου τὰ ἐχόμενα, ὅπου συμβαίνει τὸ ν̄ εἶναι, δίειρον καὶ πάλιν παρεὶς τὰ ἐχόμενα, ὅπου τὸ εῑ ἐστί, δίειρον τὸ λίνον.* Scripsi uerba ita ut certissimis sagacissimisque coniecturis Casauboni Orellii Haasii Kœchlyi Hercheri restituta sunt. Sequuntur autem hæc quae nondum persanata esse agnoscunt omnes: *καὶ οὕτω τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου ἀντιγράφων ἔνειρον εἰς τὰ τρυπήματα ὥσπερ ἀρτιαίμεθα ὄνομα.* In quibus cum *ἀντιγράφειν* uocem ineptam esse cognosceretur, Kœchlyus *ἀεὶ γράφων*, Sauppius *τοῦ λόγου παντὸς* coniecit. Quorum utriusque quod commune est ut *γράφων* simplex fuisse statuant, ita uerum mihi uidetur, quam reliqua mihi displicent. Agitur enim de *AINEIAN* singulari uoce, non de enuntiato, nec perspicitur quo spectet hoc inter enuntiatum et uocabulum discrimen quod Sauppius statui uult, ubi agitur de ratione litteras indicandi, nec si a singulari uoce transiret Aeneas ad totum enuntiatum, mentionem facere eius rei omissurum fuisse crediderim. In corrupta igitur illa præpositione *ANTI* nil aliud latere censeo nisi reliquas *AINEIAN* uocis litteras, quae, quoniam εῑ, quod præcedit, epsilon significat, sunt *IAN.*: *καὶ οὕτω τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου IAN γράφων.* Aliquanto minus certa est reliquorum emendatio inde ab *ὥσπερ* uoce. Hercherus *ἕως ἂν περάνῃς τὸ ὄνομα* scripsit, Sauppius *ὥσπερ ὃ ἄρτι ἐθέμεθα ὄνομα.* Utraque hac coniectura usus proponam *ὥστε περᾶναι ὃ ἐθέμεθα ὄνομα.* Sed haud infitior me eo inclinare ut hæc abiciam.

XXXI 30 προσυνθέμενον τὰ φωνήεντα γράμματα ἐν κεντήμασι τίθεσθαι· ὁπόστον δ' ἂν τύχῃ ἕκαστον ὂν ἐν τοῖς γραφομένοις, τοσαύτας στιγμὰς εἶναι. Offendo in ἐν τοῖς γραφομένοις quod non puto aliter explicari posse nisi ita: »in eis, quae nunc scribuntur uel quæ scribi oporteat.« Quod absurdum est. Cum autem dicere uoluerit Aeneas ordinem litterarum alphabeticum, aut scribendum conicio ἐν ἑξῆς γραφομένοις aut, quod præfero, ἐν στοιχείοις γραφομένοις.

XXXIX 6: ἤδη δέ τινες τοῖς θρασυνομένοις τέλεον καὶ προσπελάζουσι τῷ τείχει ἐγγυτέρω τοῦ προσήκοντος νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν· τέλεον uocem mirum quam audacter ab Herchero in τῶν ἐπιόντων mutatam ego ex τε λίαν duabus uoculis exortam esse puto, ut τε illi respondeat καὶ ante προσπελάζουσι, λίαν aduerbio quod sequitur τοῦ προσήκοντος post ἐγγυτέρω. Ceterum notum est λίαν aduerbium sæpe postponi: uocem ipsam inuenies XIV 1: ἐν δὲ τοῖς λίαν ἐπικινδύνοις.

Index locorum emendatorum.

	pag.
I 1	32
I 8	38
II 2	32
II 7—8	15—16
III 3	21
III 6	30
IV 5	38
VI 6	39
IX	14—15
X 5 et 16, 17	33
X 8	39
X 13	18
X 24	17
XI 10	30
XI 15	39
XII 4	24
XIII 2	40
XIV 1	40
XV 4	40
XV 9 extr.	25—26
XVI 1—13, 19—22	9—13
XVII 6	18
XVIII 13—19	35—37
XVIII 20—21	16 et 36
XX 1	32
XX 3	40
XX 4	41
XXI 1	23—24
XXII 1	33
XXII 8	22
XXII 10	34
XXII 15—16	41
XXII 19	20—21
XXII 24	41
XXII 25	23 et 41
XXII 26	25
XXIII 2	26
XXIII 7—11	37—38
XXIV 6—8	27—28
XXIV 16	41
XXIV 17	26
XXIV 19	42
XXVI 3	32
XXVI 9	21
XXVI 10	16 not. 1
XXVII 3	19
XXVII 14	12
XXVII 15	22
XXVIII 1	42
XXVIII 4—5	28—30
XXIX 3	18 not. 2
XXIX 4, 5	31
XXIX 7	19
XXIX 8	31 et not. 1
XXIX 9	19
XXXI 2	42
XXXI 3	12
XXXI 10—12	12
XXXI 18	42
XXXI 20	9 not. 1
XXXI 30	43
XXXII 8—10	8—9
XXXIII 4	13
XXXV	29 not. 1
XXXVI 2 extr.	34
XXXVII 5	34
XXXVIII 3	22
XXXIX 6	43
XXXIX 8	16 not. 1
XL 1	20
XL 7	6

Sacris Vniuersitatis Turicensis anniuersariis die XXVIIII m. Aprilis rite concelebratis **Aloysius Em. Biedermann** Vir Clarissimus, penes quem fasces Academiae sunt, postquam dolere se uehementer dixit, quaestiones ante hos duos annos propositas a nemine commilitonum esse solutas, idem uero id factum excusauit nimis longo temporis spatio his quaestionibus constituto, quod in breuius contrahere lege ipsa adhuc uetaremur, publice renuntiauit in annos MDCCCLXXIV—LXXV quaestiones nouas proponi hasce:

I. Ab Ordine Jurisconsultorum:

Das germanische Selbstpfändungsrecht in seiner historischen Entwicklung mit besonderer Rücksicht auf die Schweiz.

II. Ab Ordine Medicorum:

Nach Durchschneidung beider Vagi gehen Säugethiere in kurzer Zeit unter pathologischen Veränderungen der Lunge zu Grunde. Die Literatur über diesen Gegenstand ist kritisch zu sichten, und die Natur und nähere Ursache der Lungenveränderung durch neue Versuche der Aufklärung näher zu führen.

Quicunque autem uestrum, carissimi commilitones, his argumentis pertractandis operam nauauerint eos monemus ut dissertationes suas addita obsignata schedula nomen scriptoris continente et eisdem uerbis quibus dissertationem insigniuerint munita ante Kalendas Januarias anni MDCCCLXXVI Rectori Vniuersitatis Turicensis Magnifico tradant.

Errata: p. 7 lin. 21 lege: interpolatoris alicuius pro: interpolator; p. 26 lin. 24 lege: XXIII 2 pro: XXIII 3.

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the spec time.

Please return promptly.